

ELENCHUS AUCTORUM ET OPERUM

QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR.

GENEBRARDUS.

In Psalmos Commentarium (à Psal. 1⁴ ad 10⁴).

BERTHIER.

Notes et Réflexions sur les Psaumes.

ROSENMULLER. — IAHN. — BOSSUET. — BELLANGER. — HOUBIGANT. — GENOUDE,
MUISIUS. — BELLARMINUS. — JANSENIUS. — FLAMINIUS. — CAJETANUS.
TIRINUS. — ESTIUS. — MENOCHIUS. — GROTIUS. — MALDONAT. — VATABLUS.
LYRANUS. — MERCERUS. — PISCATOR. — MALVENDA. — CASTALIO. — PINEDA.
CODURCUS. — JUNIUS. — COCCEIUS. — STULTETUS. — HAMMONDUS.
RIVETUS. — MUNSTERUS. — GEJERUS. — CALOVIUS. — DRUSIUS. — LUD. CAPPELLUS.
JAC. CAPPELLUS. — AINSWORTHUS.

Annotationes.

—
INDEX RERUM.

SCRIPTURÆ SACRÆ

CURSUS COMPLETUS,

EX COMMENTARIIS OMNIUM PERFECTISSIMIS UBIQUE HABITIS, ET A MAGNA

PARTE EPISCOPORUM NECNON THEOLOGORUM

EUROPÆ CATHOLICÆ,

UNIVERSIM AD HOC INTERROGATORUM, DESIGNATIS,

UNICÈ CONFLATUS,

*Plurimis annotantibus presbyteris
ad docendos levitas pascendosve populos altè positus.*

ANNOTAVIT VERO SIMUL ET EDIDIT

J. P. M****.

EDITIO NOVISSIMA.

TOMUS DECIMUS QUINTUS.

In Psalmos Commentarium.

PARISIIS,

APUD EDITORES,

IN VIA GALLICÆ DICTA:

RUE D'AMBOISE, BARRIÈRE D'ENFER.

1841.

SEQUITUR IN PSALMOS

COMMENTARIUM.

1 (1). PSALMUS DAVID (2) XIV.

HEBR. XV.

2. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?

3. Qui ingreditur sine maculâ, et operatur justitiam;

4. Qui loquitur veritatem in corde suo; qui non egit dolum in linguâ suâ,

5. Nec fecit proximo suo malum, et opprobrium non accepit adversus proximos suos.

6. Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: timentes autem Dominum glorificat.

7. Qui jurat proximo suo, et non decipit; qui pecuniam suam non dedit ad usuram, et munera super innocentes non accepit.

8. Qui facit hæc, non movebitur in æternum.

(1) De psalmi argumento dissident Patres. Putat Beda, Judæorum captivorum vota, libertatem cupientium, hic exhiberi. Eusebius, S. Basilus, S. Hieronymus, perfecti hominis imaginem hic vident, cujusmodi homines æterna Dei tabernacula, montem sanctum, cœlestem Hierosolimam, Dei viventis civitatem frequentaturi sunt. Aliis placet hic à Propheta describi, qui sint veri Israelitæ, vel Dei sacerdotes. Ex aliis, verus hic Christianus et Christi sacerdos pingitur. Quidam montem sanctum à tabernaculo distinguunt. *Tabernaculum* ipsum est corpus, vel Ecclesia, cujus membra sumus. Mons sanctus est æternitatis domicilium. Levissimum est discrimen; eodem enim utraque res fermè collimat.

Psalmum esse tantummodò moralem, eoque veri Israelitæ conditiones describi, aiunt plures. Asserit Ferrandus tunc exaratum esse, eùm arca Hierosolymam solemnî ritu translata est. Nos superioris Psalmi continuationem esse censemus. Postquàm oravit deum Psalmista, ut salutem Israël mittat, populumque captivitate liberet, hic interrogat: Domine, quis ad hoc felicitatis culmen perveniet, ut sedem in monte sancto tuo collocet, seseque tabernaculo tuo sistat? Quis libertate fruetur, quam Judæ in patriam reducto restitutus es? Quæ futura est nova hæc gens, quam Hierosolymis statues? Ea certè futura non est gens

PSAUME XIV

1. Seigneur, qui habitera dans votre tabernacle, ou qui reposera sur votre sainte montagne?

2. C'est celui qui marche dans l'innocence et qui pratique la justice;

3. Celui qui dit la vérité dans son cœur, qui ne commet point de fraude en parlant;

4. Celui qui ne fait point de mal à son prochain, et qui n'adopte point l'injure qu'on fait aux autres;

5. Celui qui réduit l'homme malin à n'être rien en sa présence; qui honore les hommes touchés de la crainte du Seigneur;

6. Celui qui s'engage par serment à son prochain, et ne le trompe point; celui qui ne donne point d'argent à usure; celui qui ne reçoit point de présents pour accabler l'innocent.

7. Celui qui fait ces choses ne sera jamais exposé à déchoir de l'état bienheureux.

impia, corrupta, fide et humanitate carens, quales superiori Psalmo Babylonios descripsi; at gens sancta, justa, fidelis, sincera, etc. Genuinam hæc esse puto hujus Psalmi sententiam. Futuram Hierosolymitanorum civium sanctitatem solutâ captivitate hic scriptor opponit sceleribus quæ inter Babylonios videbat.

(Calmet.)

Michaelis atque Doederlinus proceribus inprimis et magistratibus, Toblerus autem et Paulus sacerdotibus atque cultus sacri ministris vite morumque exemplar hocce carmine propositum esse putant. Sed est ejus, æquè ac Psalmi primi, argumentum generale prorsus, nec facit ad ejus intelligentiam, si certo alicui hominum ordini applicamus.

(Rosenmuller.)

(2) Quidam Græci Latiniq; codices ferunt: *In finem, Psalmus David*. At neque Hæbræis, neque Chaldæis, neque S. Hieronymus, neque plura Græcorum exemplaria legunt, *in finem*, seu præfecto musicis. Molestem causam profert S. Chrysostomus, cur ea verba legenda non sint. At Complutensis editio, Euthymius et Hesychius ea in suis libris habuere. Imò Hesychius conjecturas dedit, ut servanda esse demonstraret. Certè duo hæc verba parùm ad eò Psalmi explicationem juvant, ut nulla interpretibus mora ex iis creari debere videatur

(Calmet.)

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — DOMINE, QUIS HABITABIT. Per tabernaculum Dei, et montem sanctum, Judæam recentiores intelligunt. Tu ad litteram accommodatius montem illum cœlestem, et tabernaculum, ceu domicilium Dei sempiternum, sive quia non tantum est beneficium permanere in terrâ aliquâ, sive quia ad eâ fruendum non opus est tantâ virtute. Non alienè etiam accommodant ad Ecclesiam, que est tabernaculum Dei viventis, et mons ejus sanctus, ut is dicatur futurus civis Ecclesiæ, qui probitati studuerit. Nam

tales ad eam vocari solent, ac in eâ retineri, ne a hæreses et impias alias religiones transeant. Nonnulli item dividunt ac intelligunt per tabernaculum militantem Ecclesiam, uti illud erat templum castrense, et quasi temporarium; per montem sanctum, fixum et immobilem, Ecclesiam triumphantem et cœlestem, sed simplicius, ut dixi, ut pro eodem, id est, cœlo, utrumque accipiatur. Chald. : *Quis dignus est ut habitet, quis dignus ut requiescat? In MONTE SANCTO TUO, in cœlo tibi sacro; ad verb.,*

sanctitatis tuæ, id est, tuo, qui es sanctissimus.

VERS. 3. — QUI INGREditUR. Superiori interrogationi respondet, ut Christus, Math. 19, 17 : *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*. Nati ut gratis nos justificaverit, et ad vitam æternam vocaverit, stipulatus est tamen, ut simus integri, *Beati si hæc feceritis*, etc., Joan. 13, 17. SINE MACULA, perfectè, intégrè, prop., qui perfectè vivit perfectione viæ, non patriæ, id est, quantum ferre potest humana imbecillitas. Alioquin nulus sine peccati maculâ in hac viâ, id est, vitâ mortali. Hoc autem aliqui referunt ad Dei interdicta, ut quod sequitur de operatione justitiæ ad præcepta ; sed rectius, ut hic versus cum primâ parte sequentis sit de virtutibus et officiis, quæ prestare debeat ascensus in cœlum, deinde sequatur vitia, quibus carere debeat. Duce enim sunt justitiæ partes, *facere bonum, et declinare à malo*, Psal. 37, 27.

VERS. 4. — IN corde suo, apud se non ore tantum, sed ex animo, non fucâtè, Eph. 4, 25. *Ut veritatem unusquisque loquatur cum proximo suo*. Qui non. Jam vitia enumerat à quibus cavendum sit. Erit dolum, qui non dolosè loquitur, qui non detrahit, detulit, tradidit, ad verb. Cordis primò meminit, deinde linguæ, postremò actionum. Euthym.

VERS. 5. — NEC FECIT. Alterum non læsit opere, nec verbis. Priore loco Hebraicè est *Rea*, proximus, socius ; posteriore *Karop*, propinquus. Sed Septuaginta non distinxerunt, ut ne Kimki, qui proinde, *hic proximus*, inquit, et *propinquus* (sive *Rehah* et *Karep*), appellatur omnes quibuscumque nobis est negotium. Latine alter. Hinc illud fontis, Esther. 1, 19 : *Regnum jesus tradat rex sociæ ejus meliori illâ*, non doctè translulit : *Regnum illius altera, quæ melior sit illâ, accipiat*, secutus Josephum, qui dixerat, pro sociâ ejus, sive proximâ *ἑσπερον γυναικῶν*. Quò pertinet illud Mosi Deut. 5 : 20. *Non dices falsum testimonium adversus Rehecha socium sive proximum tuum*, id est, adversus alterum, sive is amicus sit, sive non, sive notus, sive ignotus ; atque ita contra Phariseos Christus exposuit locum Mosi : *Diliges proximum tuum*, id est, alterum

in genere, quod secutus est Paulus Rom. 13, 8. Et opprobrium. Deducus proximis suis non imponit, neque imponi patitur. Non accepit, non audit. Ad verb., non sustinuit, non tulit, non passus est proximum opprobrio affici. Hebraicè *hal*, *contra et super*, ut duplex sit sensus, qui neque contra proximum tollit probrum, neque super eo accipit, id est, neque sustinet et fieri probrum.

VERS. 6. — AD nihilum. In cujus conspectu nihil factus et despectus est malignus, quantumvis potens sit et dives ; reverentes autem Dominum, etiamsi mundo sint contemptui, honore afficit. Malignus, abominabilis, rejectus propriè, reprobus.

VERS. 7. — QUI JURAT. Qui jurat proximo suo, et juramentum non revocat, neque mutat. Fides, cumque data fuerit, non est fallenda, maximè quando juramento est confirmata, tanta debet esse Niimianis religio et reverentia. Nec allegendum illud comici : *Jurevi linguam, mentem injuratum gero*. Si quid excipiendum, Ambrosius docet, lib. 3 Offic. Proximo *harezah*, socius, proximus. Habet autem hic π *He Haidia* post ḡ, præter leges, carminis causâ, ut alibi interdum contingit, teste Kimbi. Quod cum minis adverterent recentiores, subtilius, atque adeò alienius vertunt in infinitivo hiphil, *malè facere, vel conterere* ; ut de firmitate voti et juramenti sancti, hæc per eclipsin dicantur. Qui jurat (se) contritum (seipsum) vel corpus suum (qui jurat se malefactorum) sibi ipsi, vel suo corpori, et non mutat (id est, neque revocat juramentum), in cœlo quiescet. Nam jurisjurandi et voti religio non violanda. Quod sumpserunt è Chaldæo : *Qui jurat, ut se affligat, et non mutat*. Ad usuram, sumptum è Deut. 23, 20, et Nehem. super, contra, et sic alibi : *Maledictus, qui accipit munera*.

VERS. 8. — NON movebitur in æternum. Nunquàm labetur, vel nunquàm peribit è monte sancto. Nunquàm deicietur de Dei tabernaculo, semper monte sancto perfruetur. Hæc principio Psalmi respondent.

NOTES DU PSAUME XIV.

Le titre de ce psaume est simplement dans le texte et dans les versions, *Psaume de David*. D. Calmet met à la tête de son commentaire : *In finem*, qui n'est point dans la Vulgate. Le sujet est une exposition des qualités nécessaires pour habiter dans la maison de Dieu. Peut-être que ce psaume a été composé dans le temps que l'arche du Testament fut transportée sur la montagne de Sion. On n'a cependant point de preuves de ce fait. Mais on ne peut douter que le Prophète n'ait en vue la céleste Jérusalem, et les conditions requises pour y entrer et y habiter. On ne pourrait même qu'avec peine, et dans un sens forcé, appliquer tous les versets à l'événement du transport de l'arche.

VERSET 1.

Dans l'hébreu il n'y a point la disjonctive *ou*, dans le grec ordinaire il y a la conjonction *et* ; cette disjonctive et cette conjonction ne sont ni nécessaires, ni entièrement superflues ; elles lient le second membre au premier, et montrent qu'il s'agit du même objet, qui est de demeurer dans la maison de Dieu. Ce premier verset est une question que le Prophète fait à Dieu ; et le Seigneur est censé répondre dans les ver-

sets suivants. Dans le nouveau Testament, la patrie céleste est appelée un *tabernacle* et une *montagne*, parce que le tabernacle de l'ancien Testament et la montagne de Sion, où l'arche fut placée, en étaient la figure.

RÉFLEXIONS.

Le Prophète ne pouvait faire une question plus importante ; il ne se la fait point à lui-même, parce que les lumières auraient pu lui manquer, et parce que l'amour-propre aurait pu le tromper. Il ne la fait point aux autres hommes, pour les mêmes raisons, et d'ailleurs, parce qu'ils auraient pu le flatter, comme il arrive si souvent qu'on flatte les rois. Il fait cette question à Dieu même, et il nous apprend par là à recourir dans nos doutes à cette suprême vérité, qui ne peut jamais se tromper, ni tromper les autres.

J'ose dire, Seigneur, que voici la plus grande question qui fut jamais faite : votre prophète pouvait vous la faire pour lui seul, et dans le secret de son cœur, mais il s'intéressait trop au salut de son peuple, et de toutes les générations futures, pour lui refuser une instruction si essentielle. C'est donc aussi pour moi

qu'il vous interroge, mon Dieu, et c'est donc moi qui dois profiter de vos réponses.

VERSET 2.

C'est Dieu qui répond dans ce verset et dans les versets suivants, jusqu'à la fin. Voici d'abord les deux premières conditions, ou plutôt l'abrégé de tous les devoirs : 1° *Marcher dans l'innocence*, c'est-à-dire, se garantir de toute souillure, de toute tache, de toute impureté. Il faut entendre tout péché qui fait perdre la grâce ; car, sans un privilège spécial, on ne peut éviter toutes les fautes vénielles. 2° *Pratiquer la justice*, c'est-à-dire, observer toutes les lois du Seigneur. Car le mot de *justice* dénote l'observation de tous les commandements.

RÉFLEXIONS.

Si j'approfondis cette première réponse, j'y trouve deux choses très-remarquables. Il est dit, 1° qu'il faut *marcher dans l'innocence* ou dans *l'intégrité des mœurs* : ce qui comprend toutes les actions, tant extérieures qu'intérieures, et ce qui s'étend aussi à tout le cours de la vie. Le Prophète ne dit pas celui qui est exempt de tache, qui est *intègre*, il dit, *celui qui marche dans l'intégrité*. Or, *marcher*, dans les livres saints, comprend toute la conduite de l'homme, et tout le cours de sa vie. Dieu dit à Abraham : *Marchez par devant moi, et soyez parfaits*. La perfection ne peut résulter que de l'universalité des bonnes actions, de la persévérance, et de la constance à les pratiquer. Il est dit, 1° qu'il faut *faire* ou *opérer la justice*. Il ne suffit donc pas de s'abstenir du mal, il est nécessaire d'accomplir la loi, et toute la loi. L'apôtre S. Jacques dit que celui qui pèche dans un seul point de la loi, se rend coupable envers toute la loi ; ce qui ne signifie pas qu'on est aussi pécheur, en violant un commandement qu'en les transgressant tous ; mais seulement qu'on est rebelle à Dieu, qu'on perd sa grâce, qu'on est digne de ses châtimens, quand on viole un seul de ses préceptes.

VERSET 3.

Le Prophète, ou plutôt Dieu lui-même, qui répond par sa bouche, explique ici plus en détail les conditions requises pour habiter dans la céleste Sion : *Il faut dire la vérité dans son cœur*, ce qui est d'une grande étendue ; car, 1° il faut s'attacher de cœur et de volonté à toutes les vérités révélées ; 2° il faut aimer ces vérités, et y conformer sa conduite ; 3° il faut que la vérité qui est dans le cœur dirige la langue, en sorte qu'on ne dise jamais rien que le cœur désavoue, qu'on ne parle jamais contre sa conscience ; 4° il ne faut point se tromper soi-même par de faux jugemens sur le prix des choses humaines et des choses éternelles, préférant celles-là à celles-ci.

Qui ne commet point de faute en parlant ; l'hébreu dit : *Qui ne détracte point dans sa langue* ; et ceci condamne les médisances, les calomnies, les délations, les observations malignes ; car le mot hébreu signifie tout cela. Les LXX disent : *Os ois dōdōwos*, et ce mot *dōdōwos* signifie tout ce qui *altère, vicia, corrompt* quelque chose que ce soit. Ainsi, selon ces interprètes, le psalmiste condamne tous les vices de la langue, ce qui revient à l'hébreu. Il faut prendre notre Vulgate dans cette étendue, lorsqu'elle dit : *Qui non egi dolum in lingua sua*.

RÉFLEXIONS.

Tout le malheur des hommes vient de ce qu'ils ne disent pas la vérité dans leur cœur. Les uns ne connaissent pas même la vérité ; les autres la connaissent et la combattent ; plusieurs disent qu'ils l'aiment, et, dans le détail de leur vie, ils font voir que la vérité chez eux n'est qu'une pure spéculation. L'Apôtre n'osa assurer que les Ephésiens, après tant d'instructions qu'il leur avait données, fussent encore pleinement convaincus et remplis de la vérité. Après leur avoir rappelé les excès des païens, il leur dit : *Pour vous, vous n'avez pas appris de cette manière Jésus-Christ ; si cependant vous l'avez écouté, et si, comme la*

vérité est en Jésus, vous avez appris de lui à vous défaire du vieil homme, etc.

Si j'écoutais bien Jésus-Christ au dedans de moi, il me dirait la vérité, et dans chaque action de ma vie, il m'empêcherait de m'égarer. Pour l'écouter, il faut être exercé dans l'oraison, ou plutôt mener une vie toute d'oraison. La vérité ne se fait point entendre dans le tumulte du monde, des passions, des affaires. O sainte vérité ! découvrez-vous à moi, conduisez-moi, pénétrez-moi, faites de moi tout ce que vous voudrez ; pourvu que je sois à vous et pour vous, tout le reste m'est indifférent.

Si la vérité était bien enracinée dans mon cœur, tous les vices de ma langue disparaîtraient ; avant que de parler, je consulerais la vérité, et elle me ferait connaître l'injustice de la médisance, la témérité des jugemens désavantageux au prochain, la bassesse de la flatterie, la fausseté des louanges que je me donne à moi-même, ou que j'attends d's autres ; l'inutilité des plaintes que je forme contre les hommes ou les événements. Ce n'est encore là que la moindre partie des choses que la vérité m'apprendrait, parce que ce n'est que la moindre partie des fautes que je commets en parlant. La vérité est Jésus-Christ, et toutes mes paroles doivent porter le caractère de Jésus-Christ : *Tout ce que vous faites*, dit l'Apôtre, *soit que vous parliez ou que vous agissiez, faites-le au nom de Jésus-Christ notre Seigneur*.

VERSET 4.

Le Prophète entend ici le mal *prémédité* qu'on ferait au prochain. Il n'est pas toujours en notre pouvoir de ne faire que des choses agréables aux autres. Il y a des occasions où l'on est obligé de se défendre contre lui, de le réprimer, de le corriger, de le punir même ; toutes ces choses peuvent lui déplaire ; et combien de circonstances dans la vie où les volontés ne peuvent se concilier ! C'est donc l'intention mauvaise que condamne ici le Prophète ; c'est le désir de nuire, c'est la méchanceté du cœur qu'il réprouve.

Ce qu'il ajoute, que l'homme qui veut entrer dans la maison de Dieu *doit ne point adopter l'injure qu'on fait aux autres*, est une instruction qui réprouve le consentement qu'on donne aux médisances, aux calomnies, aux procédés qui blessent le prochain. Le mot hébreu signifie *relevér*, et il est fort expressif en cet endroit. Ceux qui entendent le mal qu'on dit du prochain, et qui l'adoptent, *relevent* ce mal, qui serait tombé et comme anéanti sans eux.

RÉFLEXIONS.

On ferait très-rarement de la peine au prochain, si l'on n'avait jamais l'intention de lui nuire. Dans les occasions où l'on est obligé de le réprimer ou de le punir, on se comporterait avec tant de charité et de douceur, qu'il ne se s'offenserait ni de la réprimande qu'on lui ferait, ni même de la peine qu'on lui imposerait. Ce qui irrite les hommes, c'est la hauteur, la mauvaise humeur, la dureté des paroles, la passion, en un mot, qui domine dans les reproches, d'ailleurs les plus justes qu'on fait aux autres.

On pèche en adoptant les médisances, en les répétant, en les répandant ; et ce péché est si commun, que la face du monde est convertie d'iniquités à cet égard. Le Prophète dit qu'il ne faut point *relevér* l'injure faite au prochain. En la *relevant*, on la perpétue, on l'aggrave, on la rend comme irrémédiable. C'est ainsi que la discorde se met dans les familles et dans les sociétés. Je ne crois pas qu'il soit possible à ceux qui fréquentent beaucoup les mondains d'éviter cet écueil. On s'y entretient perpétuellement du prochain. Quelle conduite tiendra l'homme de bien, le juste bien pénétré des devoirs et de l'étendue de la charité ? S'il applaudit, il se rend coupable comme le médisant ; s'il se tait, il paraît consentir à tout ce qui se dit ; s'il prend la défense de ce prochain outragé et déchiré par des langues empoisonnées, il entame une querelle, il passe

pour contradictoire; et peut-il d'ailleurs justifier toujours celui qui est l'objet de la conversation, qu'il connaît souvent très-peu, et qui peut être véritablement répréhensible? On peut laisser tomber, et pour parler la langue du Prophète, ne point relever un mot qui échappe, un trait de satire lancé comme à l'aventure; mais dans une conversation suivie, et tout envenimée, ne rien relever, ce serait consentir à tout; et relever tout ce qui se dit pour le réfuter, ce serait faire un personnage odieux, aggraver des gens qui n'aiment pas à être contredits, s'exposer soi-même à être l'objet des médisances publiques: en un mot, c'est une conduite moralement insoutenable; et l'unique parti qu'il y ait à prendre, est de fuir ces sociétés comme pernicieuses, et inconciliables avec l'esprit de l'Évangile.

VERSET 5.

Selon la lettre de l'hébreu, des LXX et de la Vulgate, la première partie de ce verset signifie: que l'homme méchant est méprisable aux yeux du juste, ou bien que l'homme méchant n'ose faire paraître sa méchanceté en la présence du juste. Mais l'hébreu est susceptible aussi d'un autre sens qui est très-bon: *Celui qui à ses propres yeux est vil et méprisable.* Presque tous les interprètes font mention de ce sens, qui est bien l'expression de l'humilité évangélique, et qui a quelque chose de plus instructif et de plus touchant que le premier, quoique celui-ci contienne aussi une vérité incontestable, savoir, que l'homme de bien méprise le méchant, non comme son frère et son semblable, non comme son supérieur et son maître (car il peut arriver que le méchant soit revêtu de dignité et de puissance); mais précisément comme méchant et ennemi de Dieu.

RÉFLEXIONS.

Voici deux nouveaux caractères de celui qui peut aspirer au royaume de Dieu: 1^o Il ne fait aucun cas des impies considérés du côté de leur impiété: il les regarde comme rien, selon l'expression de notre Vulgate. 2^o Il honore ceux qui craignent le Seigneur. Ces deux sentiments naissent de la haute idée que l'homme juste a de Dieu et de la religion. Tout ce qui tend à déshonorer le souverain Être et son culte est un objet de mépris pour lui. Au contraire, tout ce qui tend à la gloire de Dieu et de son service lui paraît digne du plus grand respect. Tous les talents naturels, réunis dans un ennemi de Dieu, n'attirent point l'admiration de l'homme juste; il gémit de l'abus, et méprise celui qui prodigue, d'une manière si indigne, les dons de Dieu. Au contraire, tous les désavantages du côté de la naissance, de la fortune, de l'esprit même et des talents, réunis dans un homme qui craint Dieu et qui le sert, ne sont rien aux yeux du juste. Il révere la vertu dans le pauvre et dans l'esclave. S. Chrysostôme (1) faisait plus de cas de la maison d'Aquila et de Priscilla, qui n'étaient que des artisans, que du palais des empereurs, parce qu'Aquila et Priscilla étaient amis de saint Paul, et qu'ils avaient pris part aux travaux de son apostolat. Ce grand Apôtre, ajoute le même saint docteur, savait que la vraie noblesse n'était pas attachée aux richesses et aux dignités, mais à la probité et à l'innocence des mœurs.

VERSET 6.

Les hébraïques traduisent la première partie du verset: *Qui jurat ad malum suum, et non mutabit; ce qui fait entendre que le juste, pris à serment, le prête (quoiqu'il doive lui en arriver du mal), et que ce juste est fidèle à sa parole, qu'il ne varie point dans ce qu'il a dit ou promis.* Ce sens est aussi fort bon, et ne diffère pas au fond de celui de la Vulgate; celle-ci dit: *Celui qui s'engage par serment à son prochain, et ne le trompe point.* On entend assurément que, quand même ce serment serait préjudiciable à la fortune de l'homme juste, il n'en serait pas moins observé.

Celui qui ne donne point son argent à usure. Le terme

hébreu qui signifie usure est fort expressif; il dénote un gain qui mord, qui ronge le prochain; et c'est le caractère propre de l'usure. Les rabbins, pour se soustraire à la force de ce passage, disent que l'usure ici défendue est l'usure immodérée, l'usure qui dévore le prochain peu à peu. Mais on voit qu'ils donnent cette interprétation pour pallier leurs usures. Le Prophète n'excepte rien, et se sert du mot usité dans la langue, pour exprimer toute sorte d'usures.

Celui qui ne reçoit point de présents pour opprimer l'innocent. C'est le dernier caractère de l'homme juste, et qui soupire après la céleste patrie. On voit que ces trois derniers caractères ne regardent que certaines conditions ou certaines circonstances: *prêter serment en justice, et ne point tromper; posséder de l'argent, et ne le point donner à usure; rendre la justice, et ne point se laisser gagner par des présents.*

RÉFLEXIONS.

On remarque dans ce psaume onze conditions requises pour habiter dans la maison de Dieu. Huit sont communes, et obligent tous les hommes; trois sont particulières à certains états, ou obligent en certaines circonstances. Les huit premières regardent la conduite spirituelle, ou, si l'on veut parler plus exactement, comprennent des devoirs purement spirituels. Marcher dans l'innocence, pratiquer la justice, dire la vérité dans son cœur, ne rien dire qui tende à tromper, ne faire aucun mal au prochain, ne point adopter ni approuver les injures faites aux autres, mépriser le vice partout où il se trouve, honorer ceux qui ont la crainte de Dieu: voilà les huit premiers devoirs. Ils obligent toujours, et ils obligent tout le monde. Les trois derniers sont: être fidèle à son serment, si on est obligé de le prêter; ne point tirer d'usure de son argent; ne point se laisser corrompre par des présents, si l'on est juge. Ces devoirs n'obligent qu'en certains cas, et se bornent à certaines personnes. Ils regardent les choses temporelles; et le Prophète nous apprend par là que, pour entrer dans le royaume de Dieu, il faut non-seulement être chaste, véridique, réservé sur l'honneur du prochain, ennemi du vice, ami de la vertu, respectueux à l'égard de tout ce qui intéresse l'honneur de Dieu; mais qu'il faut de plus être détaché des biens de la terre, garder son serment, dût-on en souffrir, renoncer aux gains soudres qu'on pourrait retirer de son argent, être inaccessible à tout intérêt quand il s'agit de rendre la justice.

VERSET 7.

C'est comme si le Prophète disait: *Voilà les moyens d'habiter dans le tabernacle du Seigneur, et de se reposer éternellement sur sa sainte montagne...* Ce qui se rapporte au premier verset, dont celui-ci est comme la preuve ou la conséquence.

RÉFLEXIONS.

La conclusion pratique qu'on doit tirer de cet admirable psaume, est qu'on doit s'examiner sur les conditions qu'il renferme et sur la manière dont on les remplit. On peut dire que toute la morale de l'Évangile y est contenue; et ce qui doit bien nous toucher, c'est que le prophète s'y étend beaucoup plus sur les devoirs à l'égard du prochain que sur ceux qui se rapportent immédiatement à Dieu. Je veux dire que ceux-là sont plus détaillés que ceux-ci. Il en est de même dans le Décalogue et l'Évangile. Les intérêts du prochain y sont expliqués avec plus d'étendue que les intérêts de Dieu. Ce qui nous apprend que Dieu a extrêmement à cœur qu'il règne parmi les hommes une cordialité et une intimité qui répondent à la qualité qu'ils ont de frères de Jésus-Christ et de cohéritiers de son royaume.

Ce psaume est si clair, qu'il n'a presque pas besoin d'explication; il est si bien rendu dans toutes les versions, que c'est comme si on lisait le texte. Il indique si clairement la béatitude céleste, qu'on ne peut l'appliquer naturellement aux circonstances du transport de l'arche d'alliance sur la montagne de Sion, puis-

(1) Chrys. Serm. in hæc verba: *Salutate Priscillam.*

qu'on n'exigeait pas sans doute de tous ceux qui habitent près de cette arche du Testament, ou sur cette montagne, toutes les conditions que marque le prophète; en effet, elles sont la plupart intérieures, et ne peuvent être l'objet du jugement des hommes.

Ce même psaume est plus propre encore à la méditation qu'à la lecture : il est fort serré, et cependant très-instructif. Il a les caractères de la vérité,

1. *Tituli inscriptio ipsi David.*

XV (1).

Hebr. XVI.

2. Conserva me, Domine, quoniam speravi in te. Dixi Domino : Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non egos.

3. Sanctis qui sunt in terrâ ejus, mirificavit omnes voluntates meas in eis.

4. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum : postea acceleraverunt.

5. Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus : nec memor ero nominum eorum per labia mea.

6. Dominus, pars hereditatis meæ et calicis mei; tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.

7. Funes ceciderunt mihi in præclaris; etenim hereditas mea præclara est mihi.

8. Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum; insuper et usque ad noctem increpaverunt me renes mei.

9. Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commovear.

10. Propter hoc lætatum est cor meum, et exultavit lingua mea; insuper et caro mea requiescet in spe.

11. Quoniam non derelinques animam meam in inferno; nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

12. Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitiâ cum vultu tuo : delectationes in dexterâ usque in finem.

1) Psalmi propositum ita à Patribus judicatum est, ut sic mortis ac resurrectionis Jesu Christi vaticinium, et oratio, quâ uti humana illius natura ferebat, Deum rogat opem ac patrocinium, oratque ne corpus suum in sepulcro corrupti patiatur. Certè de Davide explicari ex ipso verborum sono non posse, S. Petrus et S. Paulus demonstravêre; is enim vitæ restitutus non est, ejusque sepulcrum adhuc in suâ regione ostendebatur; planissimèque de Jesu Christo intelligendum esse docuerunt, cujus cadaver conditum in sepulcro est, ut paulò post vivens, integrum, gloriosum ac immortale resurgeret. Hanc genuinam esse hujus Psalmi sententiam, neget nemo, nisi utriusque Apostoli auctoritatem detrectaverit, totique christianæ antiquitati diem dixerit. Cæterum nihil prohibet, quin reliquis Psalmi partes, eademque illa verba, quæ Apostoli de Jesu Christo interpretati sunt, Davidi tribuantur; at alio planè sensu, scilicet metaphoricò, morte ac sepulcro pro calamitate ac dejectione explicatis, ac resurrectione pro libertate, plenâque melioris conditionis restitutione, ac reditu in patriam. Exultantis igitur inter Philistinos, Moabitas, aliasque gentes, irarum Saulis causâ, Davidis oratio haberi potest, cum pulsus ex hereditate dominicâ Davidem hostes sui hortentur : *Vade, servi Dii alienis.* Constanter hic proficitur, nunquam futurum, ut pro fanæ impietatis particeps fiat, ac spem habere in Do-

qui doit être consultée dans le cœur avant de passer sur les lèvres. Seigneur, il n'appartient qu'à vous de me bien pénétrer de ces conditions si essentielles à mon salut. La question que fait le prophète est la plus grande qui puisse tomber dans l'esprit humain éclairé de votre grâce. Faites que je la conçoive parfaitement, afin que je saisisse avec plus de force vos divines réponses.

PSAUME XV.

1. Conservez-moi, Seigneur, car j'ai espéré en vous; j'ai dit au Seigneur : Vous êtes mon Dieu, parce que vous n'avez pas besoin de mes biens.

2. Le Seigneur a rendu admirable toute ma bonne volonté pour les saints qui sont sur la terre, dont il est le maître.

3. Leurs infirmités se sont multipliées; mais ensuite ils se sont empressés de marcher.

4. Je ne les rassemblerai point pour immoler des victimes sanglantes, et je ne prononcerai point le nom de pareilles victimes.

5. Le Seigneur est la part qui m'est échue en héritage, et la portion de mon calice; c'est vous (*mon Dieu*) qui me rendrez mon héritage.

6. Les cordes sont tombées pour moi dans une terre délicate; car mon héritage est excellent.

7. Je bénirai le Seigneur, qui m'a donné un bon conseil; jusque dans la nuit (*des tribulations*) mes affections intérieures m'ont instruit (*de ses voies ou de ses volontés*).

8. Je plaçais toujours le Seigneur en ma présence; parce qu'il est à ma droite, pour que je ne sois jamais ébranlé.

9. C'est pour cela que mon cœur s'est réjoui, que ma langue s'est répandue en démonstrations de joie, et que de plus ma chair se reposera dans l'espérance.

10. Parce que vous n'abandonnerez pas mon âme dans l'enfer, et vous ne permettrez pas que votre saint soit sujet à la corruption.

11. Vous m'avez montré le chemin de la vie; vous me remplirez de joie en me faisant voir votre visage : les délices sont en votre main jusqu'à la fin (*c'est-à-dire, éternellement*).

minum desinat. De Ezechia interpretatur Beda, opem à Domino, cum morbo teneretur, postulante, et gratias agente de restitit incolumitate. Optime etiam captivorum Babylone Judæorum oratio censerit potest; atque hæc fortassè sententia nihilomni negotio defenditur. Nos de Davide Saulis furis agitato explicabimus usque ad eum locum, qui de Christi resurrectione propriè atque ad litteram agit. (Calmet.)

Inscriptio Davidi hoc carmen assignat; nec reperitur in eo quiddam, quod ut fidem illi denegemus, non moveret. Tempus verò atque consilium carminis inveniendi tutissima via erit hæc, ut quæramus alia similia carmina, quorum tempus certioribus indicibus constat. Atque talia quidem reperimus tria, 56, 57, 59, quæ inscriptiones, quibus interna argumenta suffragantur, ad Davidis exilia referunt, cum Saulinus insidias effugeret. Inest verò nostro carmini tanta styli, sententiarum atque affectuum cum tribus istis similitudo, ut ad eadem cum his tempora referre illud nullus dubitem. Cum autem Davidem, ut Saulinus insidias vitaret, per plures menses sedibus incertis profugus vagaretur, quæri potest quoniam loco exul carmen hocce confecerit? Atque ex Knappii quidem sententia, quocum Hezel in rei summâ consentit, Davidem hunc Psalmum Ziçlagæ commoratus composuit (quod oppidum Philisthæorum rex Achis ei assignaverat, quod cum suis incoleret), ubi Philisthæi, quòd non cre-

dorent ei, Jūm patrium Deum coleret, ad suorum Deorum cultum eum perlexerint; quæ causa fuerit cur tam serio affirmet se à Deorum falsorum cultu magno per se abhorrere, nec nisi Jehovah venerari, à quot beneficiis ornatus sit. Verum ut taceam, in historiâ nil tale narrari, apud Philisthæum regem tutus tum fuit Davides, neque potuit de illis periculis à populo hujus queri; neque Sauli, neque ex Saulicis quisquam, eò persequi Davidem audeo potuit. Quare ego Psalmo potius 56 æqualem nostrum putem, eum Davides, à Jonatha certior factus de implacabili Saulis odio, ad Philisthæum regem primâ vice confugisset, ubi agnitus statim à Regis ministris, et ad regem adductus, admonitum hunc esse Davidem, Philisthæorum hostem infestissimum, à rege sibi metueret, atque agrè tantum, dementiæ simulatione, evaderet, pro quâ liberatione Jovæ, Ps. 34, gratias agit, adeo ut haud longè antea noster compositus esse videatur.

Quatuor posterioribus hujus carminis versibus Petrus, Act. 2, 25 seqq., et Paulus, Act. 13, 34 seq. (a), Apostoli, Jesum Messiam, ab inferis excitandum, à Davide adumbratum crediderunt. Quorum auctoritas apud interpretes ex Christianis longè plerosque tantum valuit, ut Messiam in hoc carmine loqui statuerent, qui primò in malis, quibus urgeatur, fiduciam suam in divinâ benignitate repositam declararet, deinde, v. 4 et 5, Jovæ sacerdotem se esse profiteretur, et denique à Deo se è mortuis revocatum, corpusque suum à corruptione servatum iri confidat. (Quæ interpretatio, ut verissimè Rupert. animadvertit, non modò ab orationis poetica, Hebræorum imprimis, indole et à naturâ abhorret, sed ne notium quidem Messiae, et qualem Judæi ab omni tempore sibi informabant, et respondet. Hi enim Messiam sibi herodem, victorem et regenumque potentissimum, non sacerdotem, vel hominem, cum adversâ fortunâ multisque ærumnis et conflictantem fingebant (b).) Sed multò minùs probari possunt illi qui hocce carmen, ut Psalmos

(a) Neque accommodasse illos tantummodò, sive deflexisse ad Jesum, que scius vero et proprio de Davide dicta existimassent, ut nostrâ ætate theologorum haud pauci contendunt, inter quos præcipuè Eckermannus est nominandus (vid. ejus *Theologische Beiträge*, part. 1, fasc. 2, p. 98 seqq.); verum persuasissimum ipsis fuisse, Psaluum unice et verè de Jesu agere, manifestè patet ex rationibus quibus evincere student, de Davide carmen non posse accipi.

(b) Messiam ex morte in vitam reditum esse, Judæi nunquam expectarunt. *Morietur autem Messias, regnabitque post ipsum filius et nepotes. Moriturum enim ipsum indicat Deus* (vaticinio Isaie 42, 4): *Non calcigabit, nec frangetur, donec ponat in terrâ judicium, etc.*, inquit Maimonides in Dissertatione sermone arabico scriptâ, et Commentario in Talmudis tractat. פְּרָקִים פרמייט, in quâ de religionis Judaicæ fundamentis agit. Exstat illa in Dissertat. Maimonidis preliminaribus, quæ Ed. Pocockius sub titulo *Portæ Mosis*,

plures alios, sensu litterali, aperto et historico, de Davide, mystico verò, allegorico et sublimi de Christo accipiunt. Quæ interpretandi ratio, quâ unâ eademque oratione, dispari sensu acceptâ, plures simul eventus, disjunctos tempore, naturâ dissimiles designari statuatur, ab omnibus rectè interpretandi artis præceptis ita aliena est, ut qui in Græco aut Romano aliquo scriptore adhibere illam velit, is in commune prudentiorum reprehensionem incurreret. Quod autem in aliorum scriptorum interpretatione omnes repudiarent, idem cur in sacri codicis explicatione admittatur, nulla idonea cogitari potest ratio (a).

(Rosenmuller.)

Cum hic psalmus decimus quintus ab ipsis Apostolis ad Christum referatur, facile erit judicare catholico vel etiam christiano lectori quam fidem mereatur illi qui Psalmum hunc de Christo minime agere arbitrentur. (Editores.)

Inscriptio in columnâ à Davide, sive pro Davide caelata. Ita Psalmi hujus inscriptionem reddiderunt Septuaginta. Chaldaeus aliique nonnulli eamdem interpretationem adoptant, ac si David ad perennandam Psalmi hujus memoriam, cælandum in columnâ Psalmum curaverit. Aliè exponendam censuerunt Aquila, Symmachus, et post illos S. Hieronymus. Legerunt illi Hebræum *mac-tham* in duas distinctum voces, ut sit: *Psalmus David humilis et simplicis, vel humilis corde et integerimi.* Recentioribus quibusdam interpretibus est: *Canticum aureum Davidis*; vel canticum insigne, eximium, planè aureum, quemadmodum versiculi quidam Pythagoræ *aurei* appellati sunt, et lingua cæta dicitur lingua aurea; liber eximius, liber aureus. Reddunt alii: *Ornamentum aureum*; alii retineant Hebræum: *Mitham Davidis*. Præterea illos qui nomen hoc esse dicunt musici instrumenti, sive cantilenæ, vel carminis exordium, ad ejus modos hic Psalmus caneretur. Nos reddendum censemus: *Psalmus inscriptus Davidi*, vel Davidis nomini nuncupatus. Hanc autem inscriptionem Psalmo huic aptarunt collectores Psalmorum, quòd præfixa autographo legerint hæc verba: *Davidis*. Eodem titulo præfiguntur in Hebræo Psalmi 56, 57, 58, 59, 60. *Katham* sonat obsequiare, inseribere, notare. Aurum probatissimum appellatur etiam *Kethem*; ac si diceretur aurum obsequatum, clausum, pretiosum, et principis arario dignum. (Calmet.)

Oxon. 1653, junctim edidit, ubi locus excitatus legitur, p. 159, 160.

(a) Multam operam in hujus Psalmi explanationem contulerunt I. D. Michaelis, Guil. Frider. Hufnagel in Dissertat. super Psalmo 16, Erlang. 1787; Christ. Theoph. Kunoel in vaticinio Messianorum versione et interpretatione vernaculâ, p. 22; et Georg. Alex. Rupert. in Psalmo 16, varietate lectionis et perpetuâ annotat. illustrato, in Commentat. Theolog., vol. 1, 2, Lips. 1794, 95

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — CONSERVA ME, ab inimicis meis. QUONIAM (et) quòd. Asyntethon. Dixi apud me Domino hæc duo: *Deus meus es tu, (et) quòd non eges meis bonis*, id est, sacrificiis, rebus, muneribus, operibus, vel, juxta alios, meritis probisque actionibus, quibus tibi Deus delectetur, et præmium det, non indiget tamen: ut proinde ob meam duntaxat spem, rogem conservari. In Hebr. est apostrophe ad animam suam, id est, seipsum, ut infra, et eclipis conjunctionis et verb.: *Dixisti (ò anima mea) Domino, Deus meus es tu, (et) bonum meum non super te cadit, aut quid simile.* Vel bonum meum haudquaquæ pro te. Id est, ut doctè Septuaginta intellexerunt, dixi ego apud me *ὅτι ἄγεθ' ἔσται*

μὴ οὐ χρεῖται ἔχεις. Bonum meum tibi nihil confert, non est in tuum usum, ut proinde ejus non indigeas, sed contra potius bona tua super me, mihi conferunt plurimum, eorumque valde ego. Lucretius, lib. 1, etsi Epicureus de Dei naturâ:

Ipsa suis pollens opibus nihil indiga nostri.

Unde Saddai; q. d., *αὐτόρπνος*, et seipso contentus. Quod Apostoli ita expresserunt, *ὃ γὰρ θυσίαν θέλει Θεὸς ἀνευθεῖς ὑπάρχειν τῇ φύσει.* A nobis Deus in precatione requirit præcipuè fiduciam, res nostras non nisi secundariò. Hinc primò legitur expressisse ad *Abelam*, id est, Abelis pietatem et fidem, deinde ad *ejus munera*. Alii subtilius: Bonum meum non (nisi super te) est,

ut Chald. : *Bonum meum non procedit nisi à te, et Hieronymus : Benedicere non est mihi sine te*; Kimhi : *Bonum meum super te nequaquam est, id est, nequaquam te obligat et devincit. Itaque quod boni mihi facis, gratuitò facis.*

VERS. 5. — SANCTIS QUI SUNT IN TERRA (1). Transpositio Hebraica. In ipsis sanctis qui in terrà versantur, omnes meas voluntates mirificavit, miram fecit meam erga ipsos benevolentiam et charitatem. Eos unicò diligo, omnis mea voluptas in eis est, unde sanctis, qui erant in cœlo, relictis, ad hos in terram descendit. MIRIFICAVIT. Hebraicè est nomen *veaddide*, (in) *mirificis et præclaris voluntas mea est*. Sed docere voluerunt unde ista claritas et admirabilitas proficisceretur, nempe à Deo, non ab ipsis.

VERS. 4. — INFIRMITATES EORUM, inimicorum scilicet. Relativum sine antecedente, usu linguæ. Infirmitates autem vocat vitia, peccata, errores. Sic Gallicè : *Leurs pauvretés sont augmentées*, id est, *leurs abus, leurs péchés*. Hebræi per liptoten, ut tenuiter loquantur de re gravi, restringunt ad idola et impietates, quas solent variis nominibus contempnim et invidiosè appellare. *Post ea*, duobus vocabulis, *כָּרָא רַעוּתָא*, post eas res, post ea peccata et impios cultus acceleraverunt et cucurrerunt; magno ardore ad ea exequenda

(1) SANCTIS QUI SUNT... Sanctuario quod vocabatur *Sanota*. Hebræi neutro carent, quod sæpè exprimitur per femininum. Sanctis qui in terrà sunt et magnificis, omnis voluntas mea in eis. (Hier.) Omnis affectus meus sanctuario et inclyto tabernaculo inhaeret, quod est in terrà sanctà; vel, juxta Vulg., mirum mihi Deus sanctuarii affectum indidit. Sic David exul loquitur. Vide Ps. 41, 4, 42, 3. (Bossuet.)

SANCTIS, etc. Græca non habent voluntates meas, sed *κἀρτα*, hoc est, *suas*, quomodò et legit et exponit D. Hieronymus in commentariis, Augustinus item Epistola 59, ubi tamen postea asserit codices emendatiores et electioris auctoritatis habere non *suas*, sed *meas*, atque hoc modo legit ipse in libro commentariorum in Psalmos. Ubi tamen non legit in tertià personà, mirificavit, sed in primà, mirificavi. Itaque triplex invenitur hujus loci lectio apud Latinos : Mirificavit voluntates suas, mirificavi voluntates meas; et tertià, quæ jam recepta est : Mirificavit voluntates meas. Quæ nostra lectio non ex duobus illis prioribus sit contexta, ut ex unâ acceperit pronomen *meas*, ex alterâ verbum mirificavit : an verò nostra lectio prima fuerit et antiquior, quæ postea sit altero istorum duorum modorum mutata, eò quòd pronomen *meas* non videretur verbo tertiæ personæ convenire, dubitari potest. Certè eam lectionem quæ habet *meas*, esse veriorè Hebræa docent, atque sic etiam Græcos codices olim habuisse, videri potest ex D. Augustino, cum dicat emendatiores et electioris auctoritatis libros sic habere. Nam Græcos codices consulere solitus fuit D. Augustinus, non Hebræos. Jam et Græca, ut hodiè leguntur, in hoc versu duplicem habent distinctionem; nam quòd habent *omnes voluntates*, potest esse accusativus, qui construat eum verbo juxta lectionem divi Hieronymi. Aut potest esse nominativus eorsum positus, ut sit hæc distinctio : *Sanctis qui sunt in terrà ejus mirificavit Dominus* (nam *Dominus* habent Græca), hoc est : Dominus mirabiliter admodum egit cum sanctis suis. Et deinde nova subjicitur sententia : *Omnes voluntates ejus in eis*, hoc est, ab eis adimplentur omnes voluntates Dei. Sic enim distinguit et interpretatur Euthymius, ob quem hæc annotanda duximus, ne quis in ejus lectione turbetur. (Jansenius.)

properant. Rectius autem per pathali, *Ahar, post*, quàm Masoretæ per tseri, *Aher, ulius*. Nam cunctæ interpretationes quæ ad istorum lectionem retinendam excogitantur, sunt coactæ, et nimis eclipciæ, ut (post alium, Deum, acceleraverunt. Item, alieno, Deo, dona dederunt, id est, obtulerunt oblationes. Item (qui ad alterum, Deum accelerant, etc.

VERS. 5. — NON CONGREGABO, non tibi libabo sacrificia legalia, nec libanda docebo, Psal. 49, 15. CONVENCICULA EORUM. *συγκύβητος*, eorum ad sacra conventus et coitiones, quæ sunt de sanguinibus, id est, ad libandum sacrificia cruenta, non cogam. Abstinebo ab his cogendis ad talia Mosaica sacrificia. Non hoc eos docebo, sed vitæ et sacrorum puritatem. Hinc Hebr. : *Non libabo libamina eorum de sanguinibus*, id est, sanguinea et cruenta. Nam præpositio, de, *min*, inservit genitivis possessionis. Sic de abrogatione cultuum legis loquetur. Ex quo rectè Augustinus, et eum secuti interpretes, de carnalibus sacrificiis et sanguinibus pecorum. Sanguines etiam possunt significare cædem, q. d. : Eorum conventicula duntaxat instituantur de cæde, de me et aliis interficiendis : hæc eorum sunt libamina, hæc hostiæ. Ea igitur non colligam, non ero auctor, ut colligantur, ut quæ sint cruenta et sanguinaria parricidia. Pronomen, *eorum*, aliqui referunt ad idola quæ infirmitates appellat. Eorum cruenta libamina non conficiam. Septuaginta tropum exposuerunt. Nam ad libandum convenire solent homines. Nec exo MEMOR NOMINUM EORUM, conventiculorum, idololatrarum, vel inimicorum meorum. Neutros dignos existimabo meâ commemoratione et memoriâ. Euthymius : *Non eos amplius vocabo populum Dei, vel vineam, aut hereditatem*. Juxta eos, qui pronomen referunt ad idola, ne quidem idolorum nomen usurpabo, quæ invocant, et per quæ jurant. Ad verb. : Neque tollam nomina eorum super labia mea; id est, non accipiam, sed abstinebo ab eorum nominibus penitus usurpandis. Sic Paulus, Eph. 5, 3, *fornicatio nequidem nominetur in vobis. Tollere, etiam, nomen* apud Hebr. est jurare, ut in decalogo : *Non tolles nomen Dei tui in vanum*; id est, juxta veteres Rabbinos, non jurabis, quamvis generalius interpretetur à R. Mose, non *jurabis non commemorabis, non in ore habebis nomen Dei vanè, et perperam*. Quo sensu hic David, vel potius Christus inquit, non jurabo per Deos ipsorum.

VERS. 6. — DOMINUS, est mihi pro divitiis et bonis omnibus, pro legitimâ possessione et conditione. Cætera repudio. Antithesis. Ostendit sibi unum Deum sufficere, sequè præter eum nihil quærere. PARS HEREDITATIS MEÆ, pars mea hæreditaria. Sic duo substantiva usurpantur pro substantivo et adjectivo. Eodem Hebraismo, PARS CALICIS MEI, pars mea calicea, et pocillaris, pars, quam bibam, ut meam, id est, retributio mea. Calix pro retributione et mercede passim, ut Ps. 10, et Apoc. 14, 10. Tu es, qui *restruere*, compositum pro simpliciter, ut retribuere, pro tribuere, qui stances, stabiles, firmabis, ne quis mihi eam possit eripere, sustentabis, fulcies propriè. Tu, qui te mihi possidendum et fruendum dedisti, non patieris, ut me

quis hanc possessione deturbet. Græci hæreditate Ecclesiam intelligunt. Eam veluti perditam et profligatam inter gentes, restitues mihi. Alii regnum Dei, sive regni Dei possessionem.

VERS. 7. — FUNES. Sors sive hæreditas accidit mihi. IN PRÆCLARIS, in Deo, cujus possessione et sorte nihil contingere possit præclarior, q. d. : In partem hæreditariam mihi obvenit, quod est omnium præstantissimum, quod nolim cum ullâ aliâ re commutare. Nempe Deus, Dei gratia, ejusque regni possessio, cum alii opes, alii honores, alii humanam sapientiam, alii delicias, alii ejusmodi alias vanitates soleant sibi pro hæreditate et summo bono eligere. Vel in excellentibus et universi generis humani flore. In dulcibus, in suavibus propriè. Nihil autem Deo Deique religione suavius et amabilius. AT MOX PRÆCLARA, pulchra, speciosa. Hinc Chald. : *Sed et hæreditas mea complacuit mihi*. Funes vocat hæreditatem et portionem, Metaphora ab agris qui funibus vel perlicis mensurantur. Hinc inferiùs, Psal. 77, 55, *funiculus distributionis*, allusione ad Josue 13 et sequentibus capitibus, ubi terra Chanaan per sortes in singulas tribus dividitur. Harum autem vocum congeries partis, portionis, sortis, possessionis, hæreditatis, funium, eodem ferè tendentium, et Deum verum designantium, ad auresim pertinet. ETENIM, et quidem mihi, vel et quidem quantum ad me atinet, quidquid aliis illa sit, mihi este præclara. Scio multos non hujus fore sententiæ et animi, at mihi interim este præclara et cunctis bonis charior.

(1) Celeritas et facilitas, quæ præsentia Christi dissipat peccatores, non poterat aptius depingi, quam similitudine fumi, qui à vento dispergitur; et terræ, quæ coram igne liquescit atque consumitur. Quòd si per peccatores intelligantur demones, quod dicitur, *perreant*, significat interitum virum, et roboris, non substantiæ: et hoc modo intellexisse hos duos versiculos sanctum Antonium testis est S. Athanasius, qui describens vitam ejus, dicit eum, cum à demonibus oppugnaretur, cantare solitum: *Exurgat Deus*, etc., quòd si ad homines referatur hæc sententia, tunc sensus erit, hominis peccatores, qui justos injustè persecuntur, maximà celeritate et facilitate à Deo tollendos de medio.

(Bellarminus.)

per *Iah*, nomen suum, q. d. : Virtute suæ divinitatis, et divini nominis.

VERS. 6. — TURBAUNTUR A FACIE EJUS. Inimici ipsius. Desunt in fonte, sed ad connexionem commodè interserta sunt. Vel potius duplex lectio, et significatus Verbi *halaz*, expressus est : significat exultare, gestire præ lætitiâ; aliâs, etsi rariùs, tremere, moveri præ metu, vel impotentiâ : è R. Jonâ. Quæ notatio crebra est apud Arabas. In imperativo *halzu*, exultate vel tremite, in præterito *halazu*, exultârunt, vel, tremuerunt, pro futuro, *ihalzu*, exultabunt, vel tremant. PATRIS ORPHANORUM, qui adversùm istos orphanorum et viduarum suscipit patrocinium, causam, vindictam.

VERS. 7. — DEUS IN LOCO SANCTO. Per locum sanctum, Jerusalem sive Sionem intelligunt. Rectè, si non ad terrestrem, sed spiritualem, id est, Ecclesiam, ut interpretatur Paulus, Hebr. 12, 22, Galat. 4, 26, Ephes. 4, 8, animum convertas, quam multis nominibus hic Psalmus appellat, locum sanctum Dei, domum, hereditatem, Dei montem, montem pinguem, montem coagulatum, curram Dei, millia lætantium, sanctum, Ecclesiam, templum Dei in Jerusalem, sancta denique sive sanctuaria. UNUS MONIS, *μονορέπτης*, homines unius modi, et ritus. *In domo*, suâ, per zeugma. Quem locum sanctum suum dixit, nunc appellat domum. In Ecclesiâ schismata, hæreses, sectas Deus non vult. Hebr., *solitarios, singulares, unicos*, id est, singularis et unius animi, ut unanimitem concordiamque Christianam firmâ sibi, atque inseparabili charitate connexam declaret, è Cyr. ad Magnum, lib. 4, Epist. 6. Populum suum solitarium et separatam à reliquis religione et moribus, vel tristem et afflictum in Ecclesiâ collocat, servat et protegit. Kimbi. Alii, solitarios, unicos, derelictos, tristes, gementes, mestos, quales esse solent solitarii, desertos et destitutos omni humano præsidio, domo et familiâ honestos cumulat : vel domi suæ conservat, nec eos inde sinit extrudi vi et potentiâ impiorum. Alii, Dominus habitare facit modi unius, id est, unicos, solitarios, steriles in domo ; dat illis sobolem, solitariis et prole orbis dat familiam copiosam et liberos ; ex unicus facit multos, ut Abraham de posteritate suâ penè desperantem multâ sobole fecundavit. Domus enim usu linguæ uti in vernaculis linguis, hoc interdum declarat, ut infra, Psal. 112, 9 : *Qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum*, id est, multiplicat, fecundat.

VERS. 8. — QUI EDUCIT VINCTOS. Effectus adventus Domini, 1 Pet. 3, 18, 19, et 4, 6. *Educit vinctos* è malis et miseris suis ; sed et rebelles, qui (per appositionem) inhabitant squalorem, id est, locum desertum, sepulcra, inferos. Vel (per asyntheton) : Sed et educit è malis eos qui exasperant ipsum, (et) qui habitant in sepulcris, id est, rebelles, itemque miseros, sive mortuos. IN FORTITUDINE. Fortiter, viriliter, *ἐν ἀνδρείᾳ*, manu validâ et forti eos educit. IN CONGRUENTIS ALIQUO, ut R. Selomo, id est, congruenter, congruo et opportuno modo, vel tempore. Sic enim mense martio eduxit Israelitas ex Ægypto, cum neque viget ret frigus, neque æstus. Recentiores, in *compedibus*,

ut in *kosaroth*, capi ponatur pro koph. Vinctos autem compedibus intelligunt miseros, captivitatibus et tyrannide potentiorum oppressos, quales erant Israelitæ in Ægypto. SIC IN FORTITUDINE constructur cum adjectivo *vinctos*, non verbo *educit*, qui educit eos qui ita fortiter et firmiter vincti sunt, ut desperet liberationem. QUI EXASPERANT, supple Deum, ut supra. Psal. 65, 7. Unde et Hebraicè, *rebelles* (qui) habitant in sepulcris, vel in locis aridis et situcosis (educit fortiter, liberat à morte et diabolo, vel à periculis et malis). Hoc hemistichium decet conferri cum vers. 21, de incredulis educit à Deo in admirabilem Evangelii lucem infra, et cum his Petri, 1, Epist. 3, 18, 19 : *His qui erant in carcere spiritibus veniens prædicavi, qui increduli fuerant aliquando, etc. Propter hoc enim in mortuis evangelizatam est. Ut totus versus attingat mysterium de descensu Christi ad inferos, ob liberationem justorum, atque adeo incredulorum et rebellium, de quibus Petrus tractat. Nazianzenus, Orat. 40, hæc videtur alludere et referre ad mortuorum resurrectionem, quam non est dubium contingere Dei virtute et potentiâ. Recentiores malunt esse antithesin. Verùm rebelles habitabant in siccitatibus, id est, in egestate, afflictionibus, miseris, sine Dei consolatione, cum pii contra bonis omnibus afficiantur. Pii è locis desertis ad terras fertiles et amœnas à Deo ducuntur, contra impij à fertilibus ad vastas et steriles. Malo, ut sit appositio, vel asyntheton, ut supra.*

VERS. 9. — DEUS CUM EGREDERERIS. Exitum ex Ægypto canit. O Deus, cum præcederes populum tuum per desertum, Deus egrediebatur ante populum suum, instar ducis egredientis ante suos milites. Erat enim illis pro ductore, per diem simul et noctem, cujus vexillum esset nubes et columna ignea. IN CONSPECTU, ante populum. *Sela* significatur Deum perpetuò sic se habiturum cum suis.

VERS. 10. — TERRA MOTA EST. Metaphora de calamitatibus in hostes Judeorum, Ægyptios et Arabicos immisissis. Quanquàm etiam ad litteram terra tremuit, et mons ipse Sinai, cœlis grandines, tonitrua, fulgura jaculantibus ad adventum Dei in Sinai. *Mota est*. Tremuit, moveri visa est. ETEM, etiam. In hoc significato solent uti hæc particula, ut infra, vers. 21, ut enim addatur per pareleon. *Distillaverunt, nateplu*, fluxerunt, pluerunt ad Dei, qui apparebat in Sinai, præsentiam, voluntatem et jussum, fuderunt rorem. Aliqui manna ad modum roris. PLUAM VOBIS PANES DE CÆLO. Ego utrumque; nam tam rorem quàm manna de cœlo sive aere pluit. Philo quidem rorem confundit cum manna, sed è locis præcedentibus distinguitur. Quin et Rabini existimant manna duplici rore tectum fuisse, superiore et inferiore, hoc est, primum rorem cœlitus descendisse circum castra ad purgandam terram, postea manna supervenisse, super quod mox ros alius descenderet, ad eum in duobus istis roribus, tanquàm in thecâ reconditum jacuerit, apparuerit autem, quando superior ros ad exorientem solem evanuit. Quæ haud dubiè adumbrabant corpus Christi, manna verius, speciebus panis recondendum, appari-

turum verò, quando ros humanæ rationis, ad exorientem divinum solem et lumen fidei dispareret. Ergo *distillaverunt*, id est, fuderunt tria, rorem videlicet inferiorem, manna intermedium, et rorem superiorem, ut R. Selomo. Aliis, *natephu*, fluxerunt, diffluxerunt, soluti sunt metu, signo externo ostendentes se commoveri ad Dei presentiam, ut R. Isaac. *Sinai*. In Hebr., *ze Sinai*, *hujus Sinai*, *δεσποτικῆς*, quasi eum digito ostendat, ubi et repetendum syntacticum, *Elohe*, posteriore membro, vel *Elohim*, erit absolutum pro syntactico poetice. Dei, Dei inquam. *Sinai*, id est, qui sui fecit copiam multâ majestate in *Sinai*. Parùm aptè recentiores in nominativo *iste Sinai*, scilicet motus est tonitru et variis ignibus, quare et Græcè *τῷ Σιναι*. Repetitur hic versus è Deborah et Barac in victoriâ Chananeorum, ut intelligas ad Christi victorias canendas epinicia reliquorum non sufficere: item sanctorum veteris Testamenti triumphos, earum typos fuisse.

VERS. 11. — PLUVIAM VOLUNTARIAM. Antithesis. Super hostes distillasti et depluisti iracundiæ tuæ imbrēs; at super populum tuum pluviam gratam, suavem (liberalitatum vel voluntatum, Hebr.), tempestivam, et qualem homines optant, demittes. *Hæreditati tuæ*, terræ tui populi, id est, Ecclesiæ. *Hæc* sunt allegorica de divinis gratis et beneficiis. Er (si) *infirmata* est. Hypothetica linguæ phrasis, de quâ supra, Psal. 4. Quare est eclipsis particulæ *si*, ut docet Kimhi: Quòd si hereditas tua infirmata est, fatigata, oppressa, afflicta, et malè affecta ab hostibus, tu sanè stabilivisti et roborasti eam.

VERS. 12. — ANIMALIA TUA, tui electi, tuum peculium, tui greges et copias, tuæ oves, quarum tu es pastor. Purgit in metaphorâ. *Parasti*, res necessarias, vel quid simile per apostiopesis, ut manna in deserto, cibum et potum. *In*, per tuam dulcedinem et bonitatem; vel, cum dulcedine, cum dulcibus fructibus et rebus. Non tantùm res paravit ad necessitatem, sed etiam ad delicias. Unde terra dicebatur *fluens melle et lacte*.

VERS. 13. — DOMINUS DABIT VERBUM. Ordo inversus, ut ablativus, *virtute*, construat cum verbo *dabit*: Deus dabit magnâ virtute et potentiâ, cum magnâ efficacità et fortitudine, vel cum magno exercitu et copiis (*be* subaudi) verbum evangelizantibus, ne erubescant Evangelium, neve metuant liberè illud perferre ad barbaros quoque. Eis suppedabit multas vires et magnam fortitudinem ad perferendum Evangelium. Eis ministrabit multos angelorum exercitus ac præsidia, ad eos tuendos contra hostes visibiles et invisibiles. Eos tucbitur ac muuiet inter medias persecuciones et pericula, ac si numerosissimo instruerentur exercitu, *Tsaba* non solum exercitum significat, sed et fortitudinem, ut Dan. 10, 4. Possit construi cum participio proximo: Suggester Dominus sermonem iis qui evangelizaverint multâ virtute, id est, fortiter, magno conatu et studio. Nam *facienti quod in se est Deus non denegat gratiam*, imò auget. Possit etiam exponi, *desiderio multo*. Nam

Tsaba aliquando exponitur, *Tsabi*, *desiderium*. Iis qui multo desiderio, magnis votis, optatis et studiis evangelizant, Dominus copiosè verbum suggeret: *Non eritis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri*, etc., Matth. 10, 20. Chaldæus videtur in dativo accepisse, quando sic interpretatur: *Deus dedit verba legis populo suo ministerio Moysi et Aaronis, qui primi nuntiaverunt verbum Dei exercitui magno Israelis*. EVANGELIZANTIBUS. Græcè quidem est masculini generis, at Hebræe feminini, allusione ad consuetudinem quâ mulieres solebant publicè victorias principum choris et cantibus celebrare. Quare aliqui interpretantur de mulieribus quibus Christus in vitam revocatus apparuit, monens ut suæ resurrectionis Evangelium, lætunquæ nuntium ad Apostolos deferrent, ut quemadmodum mulier mortem et culpam viro prima nuntiârat, ita primum resurrectionis et gloriæ nuntium virus redderet. Hilarius, Ambrosius, Augustinus. Possit tamen referri ad *animalia* versùs precedentis, quia nomen *hahaioti* Hebræe est femininum. Vel Apostolos sic appellat, quòd essent infirmi, imbecilli, abjecti quasi femine coram mundo, tanquàm oves in medio luporum. Rabbini hunc locum non intelligunt. Itaque variè interpretantur.

VERS. 14. — *REX VIRTUTUM*. Hebr. reges virtutum sive exercituum. Ex quo intelligimus regem virtutum non hic significare Deum, sed regem quemlibet potentissimum et fortissimum; q. d.: Magnum copiarum reges et potentissimi principes dilecti erunt dilecto Deo, vel Dei Filio, qui Patri est charissimus, cedent, succumbent, in ejus venient ditionem et potestatem, ejus erunt possessio. *Dilecti*, ἀγαπητοῦ, genit. casus. Repetitur autem per epizeuxim, ut celerior et nobilior victoria significetur. Septuaginta putarunt esse cognomen Christi, *Iedutum* formæ; *Ieshurun* (cog. populi Israel), ut iud sit radicale à *iadatd*, vel heemanticum, à *dad*, quod fortassè est rectius quàm ut sit fut. verbi *nadad*, *fugit*. Vel etiam duntaxat respexerunt ad sententiam. Nam hujusmodi hostium populi Domini clades, non tam abolitionem significant quàm conversionem, ut Hieronymus docet ad illud Mich. 5, 9: *Omnes inimici tui interibunt*; et Aben-Ezra in Psal. 149, et Kimhi in initio 11 Isai. Nostris igitur Latinis et Græcis hæc Hebraica quantum ad institutum consonant: *Reges exercituum fugient*, fugient, id est, cedent Deo Christo, ei terga vertent, ab eo vincuntur, in ejus venient potestatem. Antithesis regum fugientium, qui copias immensas habuerint, et Apostolorum, qui eorum partientur inter se spolia. Et *speciei domus* est. Ad speciem et gloriam domus Dei pertinet dividere spolia regum istorum devictorum: hoc faciet ad domus Dei speciem et ornamentum, ut spolia gentium dæmonibus crepta partiat. Illud est gloriosum et honorificum Ecclesiæ. Loquitur de Apostolis, ut de ducibus et militibus, qui post peractam pugnam, prostratorum et interfectorum hostium spolia partiantur. Hebræa idem sonant: Et habitatio (vel, species, pulchritudo; nam *nava*, interdùm respondet τῷ *nau*) domus dividet spolia, id est, habitatores domus, meto-

nymicè, spolia hostium ropustissimorum partentur. Dei domestici et ministri fana idolorum mutabunt in christianas Ecclesias, et illorum cultoribus priores eripient. SPOLIA, sunt bona alicui detracta, et in hæc lingua interdum bona simpliciter, ut Prov. 31, 11: *Spolia non indigebit*, et Luc. 11, 22: *Spolia ejus distribuet*.

VERS. 15. — SI DORMIATIS INTER MEDIOS CLEROS, inter medias sortes, inter media et præsentissima pericula, evadetis feliciter, et cum honore et gloria. Si versemini in mediis periculis, ut de vestro capite jam jaciatur alea, vel etiam jacta sit, si de vobis, de vitâ vestrâ et bonis sortiantur, ut solent victores, gloriosè erumini, ac eritis sicut alæ columbæ argento coopertæ, cujus pennæ dorsi virent, ut aurum purum; q. d.: Luctus vester convertetur in gaudium. Dormire hic per *κατάπρασιον*, pro *jacere, sitam esse*, ut è fontè apparet. Potest tamen nativus intellectus retineri. Si somno opprimamini præ nimia tristitiâ, interea dum de vobis jacitur alea. Locus, de quo, tanquàm de cruce, pependerunt omnium ingenia. Ex quo alii cum suspectum de mendo, alii Septuaginta hallucinatos, alii clerum clericorum vestatum, alii sortes Israelitis distributas, alii utramque sortem præsentis et futuræ vitæ, alii duo testamenta, alii aliud significatum dixerunt. Difficultatem auxit noster interpres, quia vocem Græcam reliquit. Nam si vertisset, *inter medias sortes*, vel ut habet codex S. Germani Prætextensis vetustus, *in medio sortium*, fortassè cum aliqui contulissent cum Psalmo 21, 19: *Super vestem meam miserunt sortem*. Joel 3, 3: *Super populum meum miserunt sortem*. Nahum 3, 10: *Et super honoratos ejus (Alexandriæ) projecerunt sortem, et cuncti magnates ejus abigati sunt catenis*, Esth. 3, 7, Joan. 19, 24, etc. His enim etiam locis Græcè est, *κλήρος*, periculi alexæque genus. Vel cum profanis scriptoribus, ut Aristide in Pericle: *Una super omnibus alea, una sors jaciebatur corporibus, vitâ, pecuniâ, famâ, principatu*, ut Homero, Virgilio, Æschylo, apud quos à militibus sortes in galeam dejaciebantur ad sortiendum de captivis et rebus aliis multis. Est ergo sensus facilis: *Si dormiatis inter medias sortes* (eritis sicut) *pennæ columbæ deargentatæ, cujus posteriora* (id est, cauda) *dorsi in pallone auri* (sunt). Ubi vides duntaxat esse eclipsim Hebraicam, quam crebrò fieri notavimus, verbî substantivî et litterarum Mose vecaleb, quarum una est nota similitudinis; q. d.: Si versemini in presentissimis et certissimis periculis, ut quando de captivorum vitâ, libertate, fortunis, victores sortem mittunt, tum illâ in rerum desperatione eritis tutissimi, serenissimi, latissimi, vultu et colore tam pulchro, sereno ac vegeto, quàm columba, cujus pennæ sunt veluti deargentatæ, instar argenti pellucens, et dorsum, vel cauda dorsi splendet ac rutilat instar fulvisive pallentis auri. Tam præsens vobis erit Numen, ut illic sitis in tuto et animi securitate, neque quicquam perdatis de vultûs specie et habitu. Columbæ similitudinem apposuit, quòd in hæc ave penarum elegantia et morum forma excellant: quin et capta nitet, eodem est colore, specie et statu. Hebræa eodem recidit: *Si cubetis inter medios lebetes, vel tripodes, vel ollas*, ut jam

torreamini. Sic è mediis ignibus eruit tres pueros, et multos martyres in historiis ecclesiasticis, alios in summâ patientiâ et animi tranquillitate conservavit. Alii vulgò: Si tam atrî et sordidi sitis quàm hi qui jacent inter nigras ollas, eritis posthâc tam candidi quàm alæ columbæ argenteæ et instar auri fulgentes: deposito scilicet mœrore omni, posthâc læti eritis et fortunati. Sed Septuaginta submutarunt hanc metaphoram ab atris ollis, in clariorem et usitatiorem, more suo. Est jgitur Proverbum Græcum, *inter medias sortes*, et Gallicum, *entre les hasards*, his consonans, inter medias cruces, inter medios lebetes, inter medios tripodes, inter sacrum et saxum, inter maleum et incudem, in acie novæculæ, in rei cardine, in rei articulo, in extremâ alæ, pro eo quod est versari in rerum desperatione et summo discrimine. Hæc prolixius contra Gnosticos, qui quam Patrum sapientiam non percipiunt, carpunt. Idem aliâ translatione declarat sequenti vers. DEARGENTATÆ. Genitivi casus in Hebr., nominativi pluralis in Græco. PALLONE, virore. Pulchritudo autem colli, et penarum columbæ, ut et caudæ pavonis, manat è colorum varietate et incertitudine.

VERS. 16. — DUM DISCERNIT, dum judicat, punit, ulciscitur. Dispergit propriè, vel extendit, expandit, id est, dum prostermit reges in eâ, scilicet Ecclesiâ, erunt nivei sicut nix in Selmon, præ ketitiâ, quam è persecutionibus discussis conceperint. Sic solent sumere hoc verbum Septuaginta, supra, Psal. 49, 6, et Paulus 1 Cor. 4, 7: *Quis enim te discernit*, id est, judicat. Illic Hebraicè, dum extendit, dum profligat. COELESIS, Deus, Dei enim vel etiam Christi epithetum. Hebr. *Saddat*, omnipotens, à *sadda*, *vastando*, quòd omnia vastare possit, atque adeò in nihilum redigere. Vel à *schim* et *dai*, *sufficiencia*, *cui satis*, quòd per se sufficiens omnia præstare possit. Epithetum loco huic de bellis valdè congruens. REGES, potentes et crudeles dominos, tyrannos Ecclesiam persequentes et oppugnantes. NIVE DEALBARUNT IN SELMON, monte opaco, *χιονοθήσειον*, ut nix existent. Sic Hebr. unicâ voce, *nivescet, nivebit*, candescet, dealbabitur, domus scilicet illa Dei. Nive ergò ablativus similitudinis, ut infra, vers. 34. *Argentum*, sicut argentum. Nix autem ut candor, lux et similia, symbolum sunt prosperitatis et salutis. In modum nivis, quæ jugiter invenitur in monte Selmon, alba apparebit domus Dei, tanquàm nix. Pii ut nix erunt candidi in locis obscuris et calamitosis, exhilarabuntur lætitiâ et voluptate, veluti nivium candore perfundentur. Nive dealbari in Selmon pro recreari et exhilarari in locis tenebrosis et infelicibus. Proverbiarum ductum à Selmon monte Ephraim Jordani vicino, perpetuis nivibus cadente, cavernoso, tenebris et asperitate horrido, umbroso et caliginoso, Jud. 9, 48, ex quo nomen accepit. *Tsellem*, imago, umbra, tenebræ. Nive autem illustratus, pulcher et serenus apparebat. Lux, nix et candida omnia lætitiâ et res secundas, Selmon et loca alia atra et umbrosa tristitiam et calamitatem significant. Rabbi appellativè frè exponunt: Nive dealbabitur (ea domus) in tenebris et umbrâ (id est, in malorum caligi-

ne), ut *Selmon* parum aut nihil differat à *sel*, umbra. **Mons Dei.** De Ecclesie excellentiâ, post tot bella et persecutiones. Sic monti comparatur ob montem Sionem, è quo prodiit, Ecclesia: item quoniam est in alto et conspicuo posita, maximèque visibilis, æterna, inextinguibilis. Mons Dei est mons pinguis, sive ut in Hebr., *har bashan*, mons Basan, id est, fertilissimus et feracissimus. Nam Basan regio est uberrima trans Jordanem, in quâ regnaverat Og. De variis Spiritûs sancti virtutibus et donis.

VERS. 17. — MONTES COAGULATUS, MONTES PINGUIS. Extollit Sionem, tanquàm montem excelsum, focundum et pinguem, omnes gentes excellentem. *Coagulatus* est pinguis, abundans gratiâ, caseosus propriè, à *gebina*, caseo. Alii gibbosus, excelsus et tumidus, à *gibben*, sive *gab*. Ur quid suspicamini? Correctio est rhetorica: Cur suspicatis, cur cogitatis montes coagulatos et pingues, dum ista enuntio de Dei monte? Imò verò est mons, in quo beneplacitum, etc. Latine quid dico montes coagulatos? Imò verò est mons, etc., contra animales, qui non percipiunt ea quæ sunt spiritûs, ac dum audiunt insignes Scripturarum promissiones, cogitant statim temporarias, neque animos attollunt ad præstantiores, nempe spirituales et æternas, q. d.: Cur suspicamini, cur cogitatis bonis temporariis et caducis hos montes diffuere, et non potius sempiternis et immarcescibilibus benedictionibus? quid cogitatis terram affluentem melle et lacte externo, et non potius deliciis solidis, et in perpetuum mansuris? Rab. Hai sic sumpsit verbum *ratsad*; quid intentis oculis expectatis vel inspicitis, cur consideratis usque ad eòs montes excelsos vel caseosos? et hoc significare docet Arabicè. Jam autem docinimus poetas et prophetas affectare sæpiusculè Syriaca et Arabica. Sic ferè Arnob.: *Ut quid suspicatis montes uberes*, id est, *plures facientes Deos? coagulatum montem in unitate tenete, et Patrem et Spiritum sanctum in uno Christo suscipite.* Vulgò in nominativo Rabbinì: Quid exilitis, montes excelsi, cur insolescitis, cur insultatis huic monti (Ecclesie), cum hunc montem concupierit Dominus? Allegoricè de idololorum excelsis, sive populis et principibus bella huic inferentibus, qui sint veluti montes viribus et auctoritate pollentes.

VERS. 18. — MONTES IN QUO BENEPLACITUM. Hunc montem desideravit Deus, ut in eo inhabitet, et efflicax sit. In *finem*, in perpetuum in eo (per *zeugma*) habitabit.

VERS. 19. — CURRUS DEI DECEM. Mons Dei est currus Dei stipatus multis angelorum millibus, ex decem millibus multiplicatis veluti compositus (*μυριαδικου* decies millecuplex, ad verb.: Numerus finitus pro infinito). Est et millia lætantium, cum quibus ipse Dominus est, sicut olim in Sinai, ita nunc in suo sanctuario, id est, habet multa millia beatorum spirituum secum, cum quibus habitat in suo sancto templo, sicut in monte Sinai; q. d.: Illud multis præsidis instruit contra hostes, ut olim fuit in Sinai suâ presentia tremendus. Huc allusit Paulus Hebr. 12, 22: *Accessistis ad Sion montem et multorum millium angelorum præsentiam, et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt*

in cælis. **LÆTANTIUM.** Epithetum angelorum è Rabbiniis, qui *sinan* dictum putant, quasi *sanan*, tranquillus, beatus. In eis, cum eis, Kimhi. In Sinai. Eclipsis 2 K notæ similitudinis, (sicut) in Sinai: Idem Dominus est cum eis in sancto monte Sion, sicut fuit olim in Sinai, vel est Asyntheton. Dominus cum eis in Sinai (et) in sancto. In utràque Ecclesia, veteri (quæ per Sinai adumbratur) et novâ (quæ per Sion montem sanctum) fuit Dominus cum multorum millium angelorum frequentia. In sancto, in templo, in suo sancto sacrario, ut infra, vers. 27, et Psal. 88, 36. Anonymus D. Quinquarbori, in sanctitate, cum sanctimoniâ.

VERS. 20. — ASCENDISTI IN ALTUM. Apostrophe ad Christum Deum in cælos ascendentem, et de peccato, morte, inferno, diabolo, idolis et idolorum cultoribus triumphantem. Nam ad ipsum hunc versum refert Apostolus, Eph. 4, 8, ut intelligamus Deum, qui alioqui est ubique, ascendisse in incarnato et glorificato Christo, id est, ascendisse per humanitatem. In altum, in cælos. Alluditur autem ad ascensum Domini ex Ægypto in montem Sinai, indeque Sionium. Ex Ægypto regione humili et depressâ ascendisti illos montes captivis factis hostibus tuis Ægyptiis, iisque in mare mersis. Bonis, ut legis libertatis, adoptionis beneficiis homines, nempe Judæos, affectisti. **CEPISTI CAPTIVITATEM,** subiecisti (Hebr. et Græcè, captivasti), duxisti captivam captivitatem, Psal. Rom. Captivos hostes cepisti, qui tuum populum opprimebant, eos captivos fecisti et subegisti. Nostri: Satanam, infernum, mortem, peccatum in triumpho duxisti veluti captivos; vel captivos Satanzæ, captos de illius manu in libertatem tecum abduxisti. Subegisti eos qui olim à diabolo possidebantur, tuosque fecisti jam captivos, atque inde dimisisti per Spiritum sanctum, varia dona. Quod peculiariter aliqui ad Patres in sinu Abrahæ detentos referunt, non ad totum genus humanum. In quo consideranda duplex hominum captivitas, una dura et tyrannica, quâ sub diabolo detinebantur (quæ potestas Satanzæ dicitur Act. 26, 17), altera dulcis et paterna, quâ servi facti sunt Dei et justitiæ, quâ videlicet per Christum è priore durissimâ fuerunt liberati; ut enim prior captivitas servitutis, ita hæc posterior libertatis genus est. Ad hoc enim Christus ereptos de potestate Satanzæ cepit captivos, ut liberos faceret. Nam qui extra captivitatem tyrannicam abducuntur, in libertatem adducuntur. **ACCEPISTI,** ad dandum videlicet, ut Exod. 25, 1: *Loquere ad filios Israel, ut accipiant mihi primitias.* Ubi Aben-Ezra, verbum accipiendi dare significat, dum accipiunt alicunde, ut dent, et sic in 3 Reg. 17: *Accipe mihi parvam aquæ,* id est, da. Quare Apostolus, Eph. 4, 8, ad sensum citat, *dedisti dona hominibus.* Sic Chaldaeus, sic R. Selomo. Alioqui plurimum differunt dare et accipere. In **HOMINIBUS,** pro hominibus, ut ea spargeres et copiosè dares, 2 per *Baabur*, propter. Sic Gall.: *Il prend de l'argent aux pauvres, ou pour les pauvres,* id est, ut tribuat pauperibus. Quare apud Paulum, Eph. 4, 8, præpositio in prætermittitur, *dedisti dona hominibus:* de gratis et donis varia

Spiritus sancti. Quæ est hypotyposis magnifici triumphi. Sic enim victores ascendunt cum triumpho et pompâ in regiam, in regium palatium, arcem, et loca urbis eminentiora, trahunt in ostentationem, orationemque captivos, spargunt populo missilia ac munera.

VERS. 21. — ETENIM, pro etiam, id est, *veap* sæpius apud Septuaginta. Etiam non credentes, cepisti scilicet, ut inhabitet Dominus Deus cum eis. Sic enim debet resolvi. Etiam rebelles et incredulos in gratiam recepisti. INHABITARE, τοῦ κατασκηνοῦσαι, sub. ἐνεκα, *causâ inhabitandi*, ut Psal. 9, ult., ad inhabitandum, ut inhabitet, Hebr. litteræ congruenter: nam est Græcismus simul et Hebraismus. Est ergo sensus, vel per zeugma, vel per constructionem inversam; per zeugma quidem, ad verbum proximè positum, ut *non credentes*, regatur à verbo *cepisti*. Etiam non credentes, sive incredulos (Hebr. *rebelles*) cepisti, ut jam inhabitet Dominus Deus cum eis. Etiam rebelles plurimos, et Dei penitus ignaros tibi subegisti, gentiles cepisti, comprehendisti, tui juris fecisti, ut verè dici possit te nunc habitare cum eis, ut salvatorem Deum. Per ordinem verò inversum, ut nihil repetatur, sed accusativus *non credentes*, regatur à parte posteriore infinitivi *inhabitare*, quod Chaldaeus mavult, ut inhabitet Dominus Deus etiam rebelles et incredulos, ἀπὸ εὐς eos resideat, quibus antea erat infestus. DOMINUM DEUM. Regitur à parte anteriore verbi *inhabitare*. Sic hic versus è superiore pendet. Cepisti dona pro hominibus, idque etiam ut Deus inhabitet non credentes, non modò ut ea Judeis et fidelibus effusè tribuas, verùm etiam gentibus fide, spe, charitate Dei Patris tui carentibus.

VERS. 22. — DIE QUOTIDIÈ, ἡμέρας καὶ ἡμέρας, die et die, per singulos dies, semper. Romanum Psalt. de die in diem. PROSPERUM ITER FACIET; prosperabit et felicitabit nos in nostrâ ad gentes subjiciendas profectione, nos onerabit beneficiis (Hebræa enim hoc sonant) Deus salutem nostrarum, Deus, qui nos sicut oves inter lupos conservabit.

VERE. 23. — DEUS NOSTER, DEUS SALVOS FACIENDI. Deus noster est Deus salvationis, est Deus qui salvos nos facit, et cujus sunt mortis exitus, id est, ereptio et liberatio à morte. Ejus est nos eripere è morte, in ejus est potestate, quemcumque voluerit è morte erueret. Ut supra, Psal. 3, 9: *Domini est salus*, id est, Domini est salvare: ita nunc Domini sunt exitus mortis, id est, Domini est educere à morte: *Habet claves vitæ et mortis*, Apoc. 1, 18; et 1 Reg. 2, 6: *Occidit et vivificat*, quod luculentè ostendit in tyrannorum persecutionibus, martyribus assistens, neque siens absorberi Ecclesiam. EXITUS, sunt supple, *et δαίμονες*, egressiones, transitiones, q. d.: Dominus educit à morte. Tamen aliqui exponunt, exitus ad mortem, ut duo versus membra sint antithetica. Prius, Domini est salvare; posterior, Domini est perducere ad mortem. Nam tam vitæ quam mortis æqualem habet potestatem; ut Dent. 32, v. 29: *Occidam, et vivere faciam*. Malo, ut supra idem utrobique enuntari

per epexegesim, quòd variis modis possit suos à morte eripere.

VERS. 24. — VERUMTAMEN DEUS CONFRINGET CAPITATA.... VERTICEM, confringet, ἀπὸ τοῦ κεινῶ (et) verticem comatum, capillatum, comis coruscantem, et concinnatum versantium in suis peccatis conteret. De Romano imperio, et cæteris Evangelio infestis. Vel etiam de Judæorum regno et sacerdotio.

VERS. 25. — DIXIT DOMINUS: EX BASAN, homines ex Basan, eos qui sunt ex Basanidite regione. Sic infra, v. 29, *de fontibus Israel*, homines eos qui sunt genere Israelis. E Basan regione Og, hostis tui sævissimi, ex ipsismet regionibus inimicorum tuorum convertam inimicos tuos in profundum maris, eos in mare demergam, ut olim Pharaonem et Ægyptios. Ad Og enim et Pharaonem respicit, vel ex Basanidite regione (te retraham) et convertam (inimicos tuos) in mare. Heb.: *De profunditatibus*. Te convertam, reducam, retraham è Basan regione tibi infestâ, et è profundo pelagi gurgitibus, id est, de locis desperatis. Sic enim adumbrat loca exiliorum propinqua, et remota, atque adèò desperata. *De*, posteriori loco acceperunt pro *in ad*, per parallegen protrescon.

VERS. 26. — UT INTINGATUR PES TUUS IN SANGUINE, rubeat, adèò ut laves, ò popule mi, pedes sanguine illorum, et canes tui eodem cruore saturentur, *lingua* (et) lingua, asynbheton inter duo crebrum. Ex inimicis, intingatur. Ab ipso, sanguine (ex inimicis effluente), id est, eodem ipso sanguine; poetice describit has victorias et triumphos, ex consuetudine præliorum, in quibus sanguis copiosissimè fundi solet. Quin et ad litteram, prælium Christi cum Judeis et Romanis Ecclesiam martyriis afficientibus fuit valdè atrox et cruentum, dùm Vespasiani, Trajanus, Adrianus, Judæos, Persæ, bella civilia, Constantinus Magnus, Gotthi et extræ nationes Romanum imperium vetus penè consumperunt.

VERS. 27. — VIDERUNT INGRESSUS TUOS. Tui, sive tuus populus viderunt, has tuas expeditiones, successus, victorias, gesta. INGRESSUS, semitas. QUI ES, qui es in sancto templo tuo. Mutat enim personam. Hieronymus testatur se in Septuag. et Hexaplis sic reperisse, *νεμπε, θεωρήσαντες τὰς πορείας σου*, non ut hodiè, *θεωρήθησαν αἱ πορείαι σου, ὁ Θεός, viderunt ingressus tui, Deus*, quanquam sensus eodem labitur.

VERS. 28. — PRÆVENERUNT PRINCIPES, convenerunt cantores, et fidicines utriusque sexus, ad personandas tuas victorias, ita ut alii cantu præeant, alii sequantur. Omnis sexus et ætas celebrabit hanc victoriam. Moris enim erat, ut etiam mulieres canerent ἐπινοία tam voce quàm instrumentis. Allusio ad Exodi locum, 15, v. 1, 20, ubi viri in uno choro, femine in altero cum Mariâ Mosis sorore celebrabant victoriam de Pharaone. Vel ad 1 Esdræ, c. 2, v. 63, locum, ubi cantores et cantatrices erant in reditu Israelitarum de Babyloniâ, ad itinerum molestias leniendas et reduces consolandos et recreandos. Sic Apostoli et discipuli utroque sexu in Ecclesiâ devictis Domini

ho-tibus. Nec tantum viri, sed et mulieres sequebantur Christum etiam à Galileà, Luc. 8, v. 27 et 23, 49; et viduæ Apostolos, Act. 5, v. 2, 5. *Principes*, שׂטִימ *Satim* per שׁ sinistrum, hoc significat: Prævernerunt principes plebeios ad tuos triumphos concinendos. Exemplo inferioribus ordinibus ad id præluxerunt. Vaticinatio de regibus et magnatibus Christum agnituris. Per שׁ dextrum, ut Masoretæ legunt, cantores. Præcesserunt cantores, et post (sequuntur) psaltes. *noghenim*, qui pulsant manu, qui canunt fideibus vel instrumentis, *sarim*, qui ore.

VERS. 29. — IN ECCLESII BENEDICITE, verba cantorum et fidei. DE FONTIBUS ISRAEL. O vos qui estis de origine et stirpe Israel, qui ex ejus semine, tanquam à fonte manatis. Ita vulgò Rabbini. Quid si Masoretarum distinctionem sequare, ut Deo habeat athnah, i. e., colon, *Domino* autem cadat in sequentia, ut sit Christi periphrasis hoc modo: In Ecclesiis benedicite Deo; Domino de fontibus Israel, id est, Christo, inquam, ortum habenti ex Israel, ac inde secundum carnem propagato, vel synthetice, Deo (et) Christo, de semine, origine, progenie Israel.

VERS. 30. — IN BENIAMIN ADOLESCENTULUS. Judæi primi ad Evangelium vocati, tanquam Ecclesiæ principes, Psal. 44, vers. 54, *Benjamin adolescentulus*, parvulus, synecdoche numeri. Ibi adsunt è tribu Benjamin, quamvis parvula, et paucitatem hominum. Nam penè funditus deleta fuerat ob stuprum Gabonitarum, Jud. 20, v. 46, 47. Vel potius, qui minimus fuit natu filiorum Jacob. Gal.: *Le petit Benjamin*. Unde in Hebræo est eadem vox, *tsahir*, quæ in Genesi habetur, aliàs *katon*, parvus, et *nahar* puer dicitur. Sumitur autem pro posteris; quoniam autem nomina propria apud Hebræos, sunt sæpè patronymica, et posteros denominant, lubens restrinxerim ad D. Paulum adolescentem, de tribu Benjamin. IN MENTIS EXCESSU, in extasi, in profundâ contemplatione, ut sit dum humani sensus amittuntur et divini acquiruntur, ut D. Paulo contigit, Act. 9, v. 9, et 2 Cor. 12, v. 13; רָחַם *rhedem*, soporatus, gravi somno oppressus, ut שׁ sit radicale. Nec verò satis est ad repudiandam hic auctoritatem Septuag., quòd alibi non reperiatur in kal. Nam quot sunt verba alia, quæ uno duntaxat loco in unâ conjugatione reperiuntur, in aliis sapius! Quibus שׁ est affixum, *Dominator*, inquit, *eorum est*. Benjaminicus inter eos, qui ibi adsunt, dominatur, est ex Ecclesiæ principibus et proceribus.

VERS. 31. — PRINCIPES JUDA, ut Joannes et Jacobus filii Zebedæi, Jacobus, Judas, Simon, et eorum fratres. Duces eorum. Expresserunt etiam hic sensum. Nam *regama* est purpura et ornamentum, ab *argamen*. Principes Juda purpurati eorum erunt et principes. Cæteræ interpretationes frigent, et subaudiunt præpos. *in*, vel *cum*, Principes Juda cum purpurâ, vel phrygiis eorum, cum vestibus sumptuosos et aureis. *Zabulon*, *Nephthali*. Tribus hæ in Galileà, è quibus Petrus, Andreas, Philippus, Thomas, et plerique alii Ecclesiæ Apostoli, et proceres.

VERS. 32. — MANDA, DEUS, VIRTUTI TUE. Non est du-

bium Septuaginta appositiùs hic legisse in imperativo, quam Masoretas in præterito, iisdem planè litteris, sed diversis punctis, quæ isti pro suo arbitratu, et sæpè sine judicio affixerunt. Sequens enim mox imperativus id ostendit. Præcipe, Domine, tuæ fortitudini, ut ista perficiantur; hoc tuâ potestate perfice. Mandare in Deo est facere; firma hoc, id est, has fidei victorias et triumphos, hanc fidem, pietatem, gratias, omnia ea dñicque quæ mirabiliter es in nobis et per nos operatus roborâ. Precatur ut Christus, vires Apostolis et apostolicis suppeditando, ad ista stabilendum, juvet Ecclesiam, et ejus hostes evertat vel convertat. DEUS. Juvare videtur Masoretas, quòd affixum cha hic reperiatur, *Elohecha*, *Deus tuus*, ut sit sensus: Mandavit Deus tuus virtuti, sive fortitudini tuæ, ô popule. Atqui decepti affinitate tractuum, putârunt esse *caph*, ubi erat *nun*, vel saltem legendum *nun*, vel *mem*, *Elohim*. Sic et ipsimet Masoretæ, 5 Reg. 1, v. 47, *caph* legi pro *mem* in hoc ipso vocabulo docent. *Eloicha*, pro *Elohim*, ubi tamen nihil cogit. Quin et dicant: *Hamesch dala cathelmen*, *quinque sunt in quibus legitur mem* (non *caph*), etc. Hoc apparet è Symmacho, et veteribus aliis interpretibus, qui nobiscum legunt *Elohim*, Deus.

VERS. 33. — A TEMPO, propter templum. Post Judæos cæteræ gentes ad Evangelium perducentur.

VERS. 34. — INCREPA FERAS ARUNDINES, quæ versantur inter cannas et calamos; perde, vel arce populum agrestem et barbarum, hoc enim est per metalepsim increpare. Sic vocat Judæos et paganos sævientes in Ecclesiam. Ferae erant bestię è suis lustris infidelitatis procedentes, velut ex arundineto. Alii malunt arundinem sumi pro lanceâ metonymicè; increpa, et perde turbam lanceis armatam, greges lanceariorum et populum tuum insurgentium. CONGREGATIO, eclipsis Hebraica verbi subst. Congregatio est taurorum cum vaccis. Ista congregatio populorum veluti grex est taurorum inter vaccas, vel vitulos, i. e., inter populos lascivientes, salaces et dissolutos, more vitulorum. Quadrat Turcis et Saraenis, quibus per Alcoranum licet indulgere voluptatibus et uxorum multitudini. Ut excludant, ut ejiciant è patriâ Apostolos, martyres, populum denique tuum crucibus exploratos et probatos, ut argentum igne. Vel, juxta Chaldeum: *Studentes legi, quæ argento est multò purior*. ARGENTO, sicut argentum. Ablativus similitudinis, ut supra, v. 16, *nive*, sicut nix. Sic Græcè datus est similitudinis; tanquam argentum, ex Euthymio, vel metonymicè argenti igne, igne quo probatur et purgatur argentum. Hebr. ut sit: *Calcatus vel extensus in (cum) argenti segmentis*, i. e., ut populus ille sit prostratus cum argenteis nummis vel massis, ad tributa pendenda, ut supplex veniat, ac argentum tributum nomine persolvat. Gall. *avec pièces d'argent*. Ut ille serviliter subjiciatur tributis argenti, et humillimè ac abjectissimè argentea tributa persolvat. Ut humiliter se iste populus, afferendo tributum, et Christo cognito, munera et sacrificia offerat. Quod quidem Sept. et Chaldeus ad populum Domini referunt, Rabbini autem ad populum hostilem.

VERS. 35. — DISSIPA GENTES, QUÆ BELLA VOLUNT. Recté; unde et perique Rabbinoꝝr monent hirc notatum pro pathah in *bizar*, et insipidé exponi per præterit. *dissipavit, dispersit*. Quod et sequitur Chaldæus: *Dissipa populos qui persecutionibus adversus regnum Christi delectantur*. PRÆVENIET, Hebr.: Currere faciet, celeriter manus suas Deo protendit; propter recipere Evangelium. Significatur, Æthiops primos populorum suscepturos fuisse Evangelium, quod etiam impletum indicatur à Lucâ, Act. 8, 38, et in D. Matthæi historâ apud Abdiam Babyloꝝrni, Eusebium et Hieronymum, in Catalogo. Eius, suas reciprocè. VNIENI LEGATI, vel principes. Metaphora ab iis qui pacem querunt vel se volunt dedere. Nam legatos mittunt, qui de pace vel deditone tractent. Hinc Alexandria Ægypti schola fuit Christianoꝝr celebrima sub Marco Evangelistâ, primo ejus episcopo, de quâ Philo.

VERS. 36. — REGNA TERRE, CANTATE DEO, de re-motioꝝribus à terrâ sanctâ regionibus. *Sela* in Hebræo versum concludit.

VERS. 37 — PSALLITE DEO. Repetitur à Septuaginta ad connexionem efficacioꝝr. QUI ASCENDIT; alludit ad superiora, v. 20. Qui ascendit, vehitur, inequitat in cœlum supremum cum triumpho et pompâ, super omnes cœlos Eph. 4, v. 10. CŒLUM CŒLI, hæc repetitio summum cœlorum designat, quò Christus ascendit ad Patris dexteram, super omnes cœlos. Alii simpliciter intelligunt sedem beatoꝝr. Tres enim sunt cœli, 2 Cor. 12, 2, ex Hebræoꝝr veterum mente: primum, in quo aves, i. e., aer; secundum, in quo stellæ, i. e., æther, sive firmamentum; tertium, in quo beati, i. e., cœlum cœlorum, empyreum supremum. Nec refert cœlum dicas an cœlos. Nam *samaïm*, duale est, sive singulari vel plurali; unde eâ voce unitatem et multitudinem significat, etsi in hoc, uti nihil est in linguâ sanctâ inane, maxima insit vis et ratio sive physica, sive theologia, de quo aliâs. Ad ORIENTEM, versûs orientem. Christus ascendit in cœlum, in monte scilicet Olivarum, sito ad orientem, respectu ad Hierusalem. Unde et versûs illam partem orat Ecclesia; de quo habes integrum caput Damasceni, lib. 4 Orthod., Hebraicè *kedem*, etiam antiquitatem, principium originis. Ex quo aliqui exponunt, insidet cœlis cœlorum, qui perstant ab antiquo, ab initio, à die quò conditi sunt, citra ullam alterationem, tam in se quàm in suis singulis. Ad verbum: *Qui equitat in cœlis cœlorum antiquitatis*, id est, qui sunt ab initio, vel orientis, id est, sunt ab oriente. Nam de parte cœlorum versûs occidentem supra locutus est, v. 5. Sic æquat orien-

tales occidentalibus, ac utrisque prædicat regnatum Dominum. Equitare enim est regnare, per metaphoram. Christus non solum in occasum inequitavit, sed etiam in orientem; extrema, nedum media mundi, sub suis frenis posuit, diverso tamen tempore: primus enim ascensus Christi fuit *super occasum*, vers. 5, id est, versûs nostram Europam, Africam et Asiam occidentalia, Hierosolymæ respectu, è quâ sitas et plagas regionum notare solet Scriptura. Illic enim præcipue et solemnîus receptum est Christi regnum atque cultus. Nam Orientis regiones Mesopotamia, Chaldæa, Arabia, Persia, India, etc., tardiûs sese dederunt, et minûs universè ac publicè. Quare vixidm etiam hodiè principes Persarum et Indorum (præter unum Presbyterum Joannem jam à 300 annis Tartarorum armis in Indiis extinctum, ut narrat M. Venetus) publicè fidem receperunt, sed perpetuè vel paganismum vel Mahometismum professi sunt. Secundum autem ascensus hic ad Orientem, quia tandem illic solemniter vigebit, cole-turque Christus, quod indicatur in Apocalypsi c. 16, v. 12, ubi Antichristus præcipue ab .ejus incolis et regibus conficiendus ostenditur. *Et siccavit angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphratem, et siccavit aquam ejus, ut præpararetur via regibus ab ortu solis* (ad succurrendum Ecclesie). Cui mysterio Portugalenses et Hispani in suis ad illos populos navigationibus et conversionibus jam ab anno 1500 inser-viunt.

VERS. 38. — ECCE DABIT VOCI SUÆ, efficiet vocem suam; evangelicam, potentem et efficacem ei tribuet vim et robur, ut ei illic omnia obediant, mundus subigatur. Aliqui tonitrua intelligunt, in quibus vocem Dei, et quasi Deum loquentem audimus. GLORIAM. Hic perspicuitati serviunt. Tribuite fortitudinem Deo, eum fortem prædicate, ei gloriam potentie et fortitudinis tribuite, qui sic turbatoꝝr et hostes vestros compe-scut. ET VIRTUS, est, supple, ejus vis, robur, potentia ad nubes usque pertingit, latissimè patet, ut hyperbole. Kimhi mavult et esse vau *hahasuaha*, id est, similitudinis. Magnificèntia, gloria, et majestas ejus elucet in Israelicâ gente, perinde ac potentia ejus in cœlestibus.

VERS. 39. — MIRABILIS DEUS IN SANCTIS SUI. Neutro genere. Nam Hebraicè *de sanctuaris suis*, id est, de, vel in Ecclesiis, ut supra, v. 29, dixerat, Deus (est) mirabilis in Ecclesia, in eâ mirabilia operatur, ei dans virtutem et progressum, invitis dæmonibus et mundo. Epiphonemate proinde concludit cum esse glorificandum.

NOTES DU PSAUME LXVII.

Le titre est : *In finem psalmus cantici ipsi David*; ce qui montre, comme on l'a observé ailleurs, que ce psalme était destiné à être chanté dans toute la suite des temps; en sorte que les voix humaines commentaient, et que les instruments suivaient. On apprend aussi par ce titre que David est l'auteur de ce beau cantique, le plus chargé de figures et le plus difficile, à ce qu'on croit, de tout le psautier. On s'est donné bien des peines pour trouver à ce psalme un objet et un dessein uniforme. Il serait superflu de rapporter

tous les sentiments des interprètes. Nous nous arrê-terons à deux, qui sont les plus simples; le premier est que ce psalme a pour objet la solennité du transport de l'arche de la maison d'Obédédôm dans la ville de Jérusalem. C'est le sentiment du P. Houbigant, qui ne laisse pas de croire que tout le psalme a pour objet la sortie d'Égypte et le voyage des Hébreux dans le désert. Cet auteur pense que David ajuste cet événement au transport de l'arche sur la montagne de Sion (2 Reg. 6). Le second est qu'il

exalte la victoire du Messie sur le péché et sur l'enfer, sa résurrection, son ascension, la promulgation de son évangile. Ce qui favorise extrêmement cette seconde opinion, c'est que l'Apôtre (Ephes. 4, 8) a cité le verset 19 du psaume, et l'a appliqué à la résurrection et à l'ascension de Jésus-Christ. J'embrasse ces deux sentiments comme fondés sur la lettre; et dans les notes que je dois faire sur chaque verset je tiendrai compte de l'un et de l'autre.

VERSET 1.

Le texte et les versions s'accordent parfaitement dans ce verset, qui est le même que le chant de Moïse, lorsqu'on levait l'arche pour donner le signal du départ au camp d'Israël, durant les quarante années de son séjour au désert. Le saint législateur disait alors : *Levez-vous, Seigneur; que vos ennemis soient dissipés, et que ceux qui vous haïssent fuent à votre présence.* Il est donc naturel de croire que David, transportant l'arche de la maison d'Obédédôm dans la ville de Jérusalem, répéta le même chant d'allégresse. L'écrivain sacré du second livre des Rois et du premier des Paralipomènes dit que cette sainte arche fut transférée parmi les acclamations de joie et au son des trompettes; que David avait avec lui toutes les tribus et sept chœurs de musiciens, et qu'il dansait lui-même devant le Seigneur. En reconnaissant toutes ces circonstances, et en les comparant avec la lettre du psaume, il paraît fort vraisemblable qu'il fut composé et chanté dans cette occasion; quoique le Prophète l'ait vraisemblablement retouché, augmenté et perfectionné dans la suite.

Ce premier verset peut aussi convenir très-bien à la venue du Messie, dont l'arche d'alliance était la figure. Le Prophète l'invite à paraître, à dissiper tous les ennemis du salut, à les mettre en fuite d'un seul de ses regards. C'est surtout dans sa résurrection et dans son ascension glorieuse que le triomphe du Messie a été public et manifesté. Dans sa résurrection il jeta la terreur parmi ceux qui le gardaient; et après son ascension, il envoya son Saint-Esprit, qui fit des Apôtres comme autant de conquérants qui soumièrent les peuples à la vérité de l'Evangile.

RÉFLEXIONS.

Il y a deux événements du Messie, deux occasions où il doit triompher de ses ennemis : le premier est passé, et nous en jouissons; le second est futur, et nous l'attendons. Dans le premier, les ennemis de ce rédempteur des hommes ont éprouvé sa puissance, et ceux qui ont voulu profiter de ses invitations se sont vus comblés de bienfaits, éclairés de la vérité et embrasés d'amour. Dans le second événement, les ennemis de ce Messie n'éprouveront que sa justice; ils ne porteront devant lui que leurs iniquités et la haine qu'ils ont pour lui. A quoi doivent-ils s'attendre? Leur conscience les confondra, et leurs forfaits les couvriront de honte. Jamais l'homme ne pourra concevoir au juste ce que c'est que la haine de Dieu, j'entends la haine que les pécheurs ont pour cet auteur suprême de leur existence, et combien cette haine est odieuse et détestable. Il faudrait connaître tous les droits de Dieu sur l'homme, toute l'étendue de ses bienfaits et tout le prix de son amour.

VERSET 2.

Dans l'hébreu il y a : *comme la fumée est dissipée, vous dissiperez, etc.*; c'est le même sens. Ces comparaisons, dont le Prophète se sert encore ailleurs, sont très-propres à faire voir l'impuissance des méchants en la présence du Seigneur, et la facilité avec laquelle le Seigneur les détruit. La fumée est emportée par le vent, la cire se liquéfie par le feu, et les impies tombent sans force et sans résistance devant la majesté du Très-Haut. On voit dans les livres de Moïse, dans celui de Josué et dans ceux des Rois, combien la pré-

sence de l'arche du Testament était redoutable aux ennemis d'Israël. On voit, dans l'histoire des Apôtres et dans celle de l'Eglise, combien de victoires le nom de Jésus-Christ remporte sur les puissances de l'enfer; combien il guérit de malades et délivre d'énergumènes.

RÉFLEXIONS.

Les deux grands ennemis de Dieu, dans l'âme du pécheur qui pense à se convertir, sont la vanité de son esprit et la dureté de son cœur. Quand la grâce de Jésus-Christ se fait sentir à ce pécheur, sa vanité disparaît *comme la fumée que dissipe le vent* : la dureté de son cœur *s'amollit comme la cire à la présence du feu*. Ce cœur, dit S. Grégoire, auparavant insensible et glacé, reçoit enfin la chaleur du divin amour, et commence à se fondre par la ferveur de l'esprit; alors il brûle du désir des choses éternelles, qui auparavant ne faisaient sur lui aucune impression. Ce même feu qui le rend susceptible de l'amour divin, le fortifie également pour les œuvres de charité. Il croit et annonce aux autres ce qu'il ne daignait pas même entendre. Voilà donc, selon ce saint docteur, le plus grand ennemi de Dieu vaincu par la touche du saint amour. La vanité cède également à ce conquérant des esprits. L'orgueil, dit S. Chrysostôme, ne vient que de l'ignorance de Dieu. Celui qui se tourne vers Dieu commence à le connaître; tout son faste périt, toute sa présomption s'anéantit. Cette fumée malheureuse se dissipe, et il ne reste dans l'esprit que la persuasion de Dieu qui est tout, et des créatures qui ne sont rien.

VERSET 3.

L'hébreu et le grec ne portent que *letentur, exultent, gaudent*. Notre interprète met *epulentur*, qui signifie *se réjouir comme des convives*; et l'on remarque que ce terme est convenable en cet endroit, parce que le transport de l'arche fut suivi de repas solennels en la présence du Seigneur, comme on l'apprend du premier livre des Paralipomènes, 16, 3, 4.

A l'avènement du Messie, les justes de l'Ancien-Testament furent comblés de joie, parce que l'entrée du ciel leur fut ouverte. La paix fut annoncée aux hommes, le ciel fit part à la terre de ses délices ineffables.

RÉFLEXIONS.

Il y a dans la nouvelle alliance un banquet qui remplit de joie les âmes justes. Ce nest plus un repas en la présence de l'arche, c'est le Dieu même des deux Testaments qui se donne en nourriture à ses enfants. Quelles délices inondent les saints assis à la table de Jésus-Christ! Eux seuls peuvent expliquer leurs transports : encore leur langue est-elle souvent trop peu éloquente pour dire ce qui se passe dans leur cœur. *Jetons les yeux, disait S. Ambroise, sur le vénérable sacrement. C'est de cette source du Sauveur que sort l'eau du salut, l'eau qui remplit de délices; c'est là que nous est préparée la table céleste et sur cette table la coupe qui produit une sainte ivresse. Voilà les richesses dont Jésus-Christ comble les pauvres et les simples.*

VERSET 4.

gere fecit, ad verb.

VERS. 8. — QUANTA MANDAVIT PATRIBUS, quæ (nam
Hebraicè est *asher*) videlicet (testimonium et legem)
declaranda posteris præcepit, ut hoc sit parentum of-
ficium. NOTA FACERE, ut nota facerent. ALTERA, se-
quens. Hebraicè, *postrema, novissima*. Itaque aliqui
exponunt, non de securâ ætate, sed de christia-
nâ, quæ est ætas ultima, secundùm 1 Joan. 2, v. 18,
et 1 Cor. 10, v. 11, et 2 Tim. 3, v. 1, quoniam quo-
tidie adventum Domini præstolatur, neque habitura
est alteram, quæ ipsi succedat, ut olim Judaica.

VERS. 9. — FILII QUI NASCENTUR, asyntheton. (Et)
filii, etc. ET NARRABUNT, ut enarrant.

VERS. 10. — UT PONANT IN DEO SPERM SUAM. Summa
legis divinæ et scopus, ut Deum cognoscamus, cogno-
tum vereamur, timeamus, colamus; culto confidamus
et pareamus. Dent. 31, 12, 1 Tim. 3, 16. EXQUIRANT,
custodiant prop.

VERS. 11. — EXASPERANS, Deum scilicet. Heb. *re-
cedens, rebellis*.

VERS. 12. — GENERATIO, QUÆ NON DIREXIT, ad re-
ctitudinem et justitiam non paravit, neque disposuit.
Hinc Hebr.: *Non paravit, aptavit*. ET NON EST CREDI-
TUS, firmatus. Et cujus spiritus non est creditus, id
est, non fuit firmus, fidus, fixus in Deo. Non credi-
dit, et firmier ei adhæsit. Quilibet occasione ad
murmurationes et contumelias se vertebat, parùm
memor superiorum Dei operum. Sic loquuntur, quia
fides sive credulitas Religionis debet esse firma, et
constans.

VERS. 13. — FILII EPHRAÏM INTENDENTES. Secunda
propositio, sive sententia de filiis Ephraïm ad ex-
itum de Ægypto, ut sit historia cabbalica, de quâ R.
Selomo ad illud, Exod. 15: *Contremuerunt habitatores
Philistiim: Tremant, inquit, Philistæi, propterea quòd
occiderunt filios Ephraïm, qui antevertentes tempus in-
grediendi promissam terram, magnâ vi in ipsorum re-
gionem ex Ægypto exierant, sicuti attingitur in lib. 1
Paralip. c. 7, v. 21: Occiderunt autem illos Gathæi*.
Alii malunt commemorari peccatum istorum, et cala-
mitates, in quas incidit in deserto post exitum,
propter neglectam Dei voluntatem et oraculum, de
quo agitur in lib. Paralipomenon, ibidem, vel certè
libris Judicum vel Numerorum, quando inobedientes
voci Domini cæsi sunt ab Amalecitis et Chanaanæis.
Alieniùs de clade à Philisteis acceptâ, in quâ Dei
arcam amiserunt. Nam istud infra canitur, v. 67 et
seqq., item ut per filios Ephraïm intelligantur decem
tribus, quæ cum debuissent jurare novo regi, retro-
cesserint, 3 Reg. 12, v. 16; vel synecdochicè totus
populus Israel, eò quòd in tribu Ephraïm primùm
omnium locus fuit divino cultui consecratus in Silo,
Jos. 18, v. 1, regnum in Galgala ejusdem tribus op-
pido 1 Reg. 14, v. 15, et post divisionem regni in
Sichem, Thersâ, Samariâ, 3 Reg. 12, v. 25, et 15,
v. 53, et 16, v. 29. Aut ut respiciat ad arcam captam
in Ephraïm, cujus tabernaculum postea repulisse
Deum canat ad Psalmi extremum. Nam milites erant
ex omnibus tribubus, tametsi ex Ephraïm præcipuè, ut
qui essent arcæ studiosiores, quòd eam haberent in
suâ tribu, et nolent in aliam transferri. Quin et summa
imperii autem reges fuit penes illam tribum. *Ephrem*
autem scribitur pro Hebræo *Ephraïm*, ut et apud
Joannem 14, 4: *Civitas quæ dicitur Ephrem*, Ἐφρημ,
et apud Nonnium Joannis poeticum interpretem Ἐφρημ
per e loco η (mendosè forsân), quoniam veteres
olim scribebant η pro α. Hinc enim celebratur Jeru-
salem, etiam Chaldæis, Græcis, Latinis, pro Jeru-
salaïm duali numero, et apud Epiphanium *μαζωβέμ*
pro *μαζωβέμ*. INTENDENTES ET MITTENTES, periti rei
militaris et artis jaculandi. CONVERSI SUNT, in fugam
versi sunt, fugerunt. Ad verb.: *Armati, jaculantes
arcu verterunt (terga) in die belli (1)*.

(1) Ab exemplo majorum generatim descendit vates
ad speciale defectionis aut perniciocæ exemplum, ab
Ephraïmitis præbitum, ut proinde non incommode ex
vers. 8, repeti possit particula similitudinis; ut ne
essent sicut filii Ephraïm, cujusmodi exemplum sub-
audiende particulae similitudinis adfuit Psal. 58, 9,
conf. Coh. 8, 1. Integri versûs sententia igitur talis

VERS. 14. — NON CUSTODIERUNT TESTAMENTUM. foedus

est: Ne similes sint Ephraimitis, qui quamvis rei militaris peritissimi, instructi armis et arcibus, nihil tamen profecerunt, sed praelio commisso in fugam conversi sunt.

Ceterum haec ad singulare aliquid factum respectum habere, dubium vix esse potest, cum, rectè observante Schurrero, causa non intelligatur, cur et Ephraimita magis quam alii, et cur hoc maxime loco commemorandi fuerint. Quod ipsum jam antiquissimos interpretes intellexisse, apparet ex Chaldaica hujus loci explicatione, quae haec refert ad ea quae 1 Paral. 7, 21, 22, narrantur, ante tempora Mosaica exitu: quae ex Aegypto, tentasse adversus Githaeos aliquid Ephraimitas, et, ut verisimile est, propter promissionem factam patribus de terrâ Cananaëa, non expectato tempore, quod Deus populum ad illam terram occupandam peculiariter evocaret; quae res et propterea infeliciter eis cessit, et fusi fatigatique fuere ab hostibus, quorum pecora abegere. Verba Chaldaei interpretis ita sonant: *Cum habitarent in Aegypto, superbiunt filii Ephraim, terminum.* (exitus ex Aegypto) *staterunt et errarunt, et egressi sunt triginta annis ante terminum cum armis bellicis; et fortes, gestantes arcum, terga dederunt et occisi sunt in die acierum bellicarum.* Apparet autem ex indicato loco libri Chronicorum, vivente adhuc Ephraïmo haec facta esse à filiis et nepotibus ipsis, cum ad eum consolandum conveniret, qui avississet in eo praelio vel filios vel nepotes novem. Ita igitur citaret hoc Psalmographus ut exemplum antiquissimum insolentiae tribus Ephraimiticæ, atque fiduciae suarum virium, cum profiteretur (vers. 2), se ex antiquitate repetitorum, quae dicturus sit, et ordini recessionis, quod de Ephraimitis dicitur, hoc loco præmittitur exitui ex Aegypto. Sed quominus ad illam historiam nostrum locum referamus, impedit vers. 11, ubi Ephraimiti illa fuisse dicuntur oblitii facinorum, quae Jovæ patribus ipsorum ediderit in exitu ex Aegypto. Taceo alias conjecturas satis refutatas à Schurrero, qui perquam appositè observat verba nostra ita esse comparata, ut unam aliquam remque notabilem, et poeta aequalibus bene cognitam, rem gestam innuere debeant. Atque, quam locus hic carminis spectare possit, pugnam haud frustra requiras in annalibus Judaicis. 2 Chron. 13 legitur, bello Abiam inter Judaeorum et Jeroboamum Israelitarum regem orto, illum fortissimorum hominum quadraginta millia in aciem eduxisse, hunc itidem lectissimorum fortissimorumque militum millia octoginta. Ille ex monte Zenamaraim in tractu Ephraimitico verba ad Israelitas facit, Jeroboamo perfidiam in regem à Deo constitutum, populo sacerorum mutationem et à vero Numine defectionem exprobrat, contra se nosque in pristina religione et antiqua in Jovam fide perstitisse gloriatur; hoc, quem illi desererint, se nunc duce et auspice uti, veri Numinis sacerdotes, classicum mox canturos, se secum habere, Jovæ ipsius sese causam agere; nolint igitur adversus Jovam facere, à majoribus ipsorum cultum, quod non possit non funestum eventum habere. Deinde cum vident Judaei, se insidiis circumventos esse, atque à fronte et à tergo urgeri, Jovæ sui fidem implorant, sacerdotibus tubas inflantibus; mox hostes à Deo percussi in fugam se conjiciunt, et horribilem stragem caedemque patiuntur. Haec clades cum planissime dicatur concessa esse ex defectione Israelitarum à Jovâ, habes omnino, quod respexisse putare possis vatem, perhibentem Ephraimitas in fugam conjectos esse, propterea quod foedus cum Jovâ factum violârunt, inique ejus fide permanere recusaverint. Quod autem Ephraimitas dicit poeta Israelitas, difficultatem non habet. Nam et Jeroboamus, auctor conditorque regni Israelitici, Ephraimita ortu fuit (1 Reg. 11, 26), et copiarum, quas contra Abiam eduxit, potiore partem ex

Dei cum suis patribus, et secum. Gen. 17, 11, 10, etc., Exod. 24, 10, 11, 12, etc.

VERS. 15. — ET MIRABILIUM EJUS QUAE OSTENDIT, tam in terrâ Chanaan ante descensum in Aegypto, quam in Aegypto.

VERS. 16. — CORAM PATRIBUS EORUM FECIT. Tertius locus de exitu Israelitarum ex Aegypto. TANIS. Tanis, urbs Aegypti ad Nili ostium, quod proinde Taniticum appellatur, apud Ptolomæum et Strabonem, lib. 17, quod alias Soiticum apud Stephanum de urbibus. A Tsoham, videlicet. Sic enim Hebraicè et Aegyptiacè appellabatur (corruptè deinde Tan et Tanis) hic, et alibi, Num. 13, 19. Regia urbs etiam tempore Isaiae, Isa. 19, 11, ubi Moses prodigia ediderat, 180 stadiis à Memphi, ex Josepho. Campum autem appellat regionem ejus, sive ob planitiem, sive ob fecunditatem et amoenitatem, è Nili præsertim irrigatione.

VERS. 17. — INTERRUPT MARE ET PERDUXIT EOS. Quartum beneficium de diviso sinu Arabico. QUASI IN UTRE, vel quasi in cumulo. Utri veluti inclusit, ne in eos fluere. Aquas maris Rubri, quasi in acervum vel murum congestit, ut transitum fugientibus præberet. *Ned* hic pro *Nod, utre*, accipere.

VERS. 18. — ET DEDUXIT EOS IN NUBE DIEI. Quintum beneficium nubes contra solis astum, ignis noctum viam ostendens. *In nube*, per nubem, præeunte nube interdiu, et totâ nocte per lumen ignis quadraginta annorum spatio, quocumque trajiceret Jordanem.

VERS. 19. — INTERRUPT PETRAM IN EREMO, rupem Horeb. Hebraicè *surim*, petras, sive cantes. Bis enim aquam è rupe elicuit, duobus mensibus ab exitu nondum expletis in Raphidim, deinde post annos quadraginta in Cades, quantum differenter. Nam è primâ percussione exundavit fluvius manans quatuor milligria, tantum enim distat Horeb è Raphidim, ubi consistebant Israelitarum castra. E secundâ puteus aquarum viventium; fortasse autem *petra*. Singulari numero extulerunt, quoniam juxta traditiones Hebraicas unica fuit petra, diversis regionibus et temporibus percussa Rabbi Mose, Nahamidea, ubi addit majorum esse sententiam quoque, ut hic fons ex Horeb non modò instar fluvii aquas fuderit totis quadraginta annis quibus existerint in deserto, sed et illos comitatus sit per desertam quocumque tandem demigrarent. Cui congruit Apostolus, dicens 1 Cor. 10, 4:

« Ephraimiticâ tribu, omnium, quibuscum juncta erat, numerosissimâ, collectam fuisse, credibile est ex eo quòd sedes belli esset in provincia Ephraimiticâ. Constat præterea, post secessionem decem tribuum populi in duas civitates disjunctionem, usum sensim invaluisse, ut novum regnum non Israel tantum, sed et, maxime in graviori dicendi genere, Ephraïmi nomine designaretur, ducto illo ab eâ tribu, quae reliquas et hominum multitudine, et vi atque auctoritate antecederet. Et quòd clades ipsa non copiosius fusiisque celebratur, sed paucissimis tantum verbis absolvitur, et quasi significatur magis quam exponitur; credibile fit, ab illo ævo, quo res omnis, prouti gesta esset, in hominum memoria versaretur, omnibusque nota esset et pervulgata, remotum haud fuisse auctorem carminis. » (Rosenmuller.)

Bibebant omnes eundem potum, de spirituali eos conueniente petrâ, quasi petra sive rupes illa pro varietate migrationum moueretur et consequeretur, quemadmodum de columnis nubis et ignis constat: nisi malis consecutam petram, id est, petre fluxum, per derivationem uidelicet et deductionem aquæ à populo ad loca castrorum procuratam, sive per ipsius Dei transmissionem et directionem. Nec obstat quod in deserto excitatum sit alterum murmur ob aquæ penuriam: ut secundò educeretur aqua ex alterâ rupe post annos triginta octo. Nam de hac ipsâ rupe, nempe de priore hac Rabbini veteres et recentiores intelligunt, cuius aquam tradunt defecisse propter Maræ mortem, donec secundò educeretur ex eadem ad secundum de aquâ murmur. Vide Num. 20, 16 et Seder olam, cap. 9. Hinc R. Isaac, Exod. 17: *Hæc petra Horeb est illa Cades.* Num. 20. *Nempe puteus Maræ, qui illos est comitatus quadraginta annis: sic dictus, quoniam tot annos cum illis fuit Maræ merito.* Ille autem sextum est beneficium. ADAQUAVIT, potavit, potum largiter dedit sumptâ similitudine à gregibus pecorum, quæ propriè adaquantur. Adde quòd non tantum ipsis, sed et ipsorum iumentis aqua illa sufficiebat, idque per tot annos.

VERS. 20.—ET EDUXIT AQVAM, rivos propriè, fluentia, ad copiam et perennitatem indicandam. Sic in hac educatione prodigia et signa illis fecit: primò, in terrâ Ægypti; secundò, in Rubro mari; tertio, in deserto per annos quadraginta, Act. 7, 36, donec pervenirent ad terram promissionis, ubi nec eos unquam miraculis, et presentia suâ destituit. FLUMINA, per modum fluminis. Idem autem enunciat per epexegesis, ad miraculi magnitudinem ostendendam, quæ in duobus sita fuit: primùm in aquæ affluentia, deinde perennitate. In affluentia quidem, quia ex Horeb, ubi rupes percussa est, usque ad Raphidim, ubi tum erant castra, per duas leucas aquæ exundarunt in modum fluminis, secus quàm in Cades, in quâ mansio veluti fossus est puteus, sive fons fundeus aquas quidem vivas, sed non ut fluuius, longè latèque diffusas. In diuturnitate autem, quoniam hic ex Horeb manans fluuius fuit *pelle kajani*, miraculum permanens, per annos scilicet quadraginta. Ideò enim, nonnisi post mortem Maræ secundum et ultimum de aquâ murmur excitatum est. Ubi nota quatuor fuisse in deserto miracula permanentia et perennia, per annos quadraginta: columna nubis, columna ignis, manna et petra, sive petre Horeb fluxus, et Hebræi omnes, seorsum R. Mose, et R. Isaac, ut aquas illas proinde Aben Ezra appellet, *Neemanim*, fideles stabiles.

VERS. 21.—PECCARE EI, contra eum. IN IRAM EXCITAVERTUNT EXCELSUM. Deum supremum, et in cælis habitantem IN INAQUOSO, in deserto aquis carente ob siccitates, in loco arido Arabia.

VERS. 22.—ET TENTAVERUNT, et explorarunt, an sic possent facere, in loco, qui proinde sepulcra concupiscentiæ dictus est. ANIMABUS suis, sibi, vel cupiditatibus suis.

VERS. 23. ET MALÈ LOCUTI SUNT DE DEO. Nam dubi-

tare de ejus omnipotentia, est de Deo malè loqui; sive, ut Hebraica sonant, loqui in Deum; et Græca, *καταλαλεῖν τὸ θεῶν*. DE DEO, contra Deum.

VERS. 24.—QUONIAM PERCUSSIT PETRAM. Continuat mimesis, et cadit in sequentem versum. Si (ita Hebraicè, id est, quoniam, per concessionem) percussit rupem, et fluxerunt aquæ torrentibus exundantibus, an etiam (propterea) poterit panem suppeditare, et carnis copiam suis facere, quasi dicat: Non sequitur ut si unum potuerit, et jam fecerit, alterum possit. Nam est facilius educere aquas è rupe, ut quæ jam intra suas concavitates, aquæ venas præsentés habeat, quàm tantæ multitudini proferre panes et carnes. Ille ingenium impiorum exprimitur, qui sic solent minuere Dei miracula, et somnariæ eorum λόγους *παρηλατικῶς*, seminarias rationes esse in naturâ, etc., tribuere fato, casui, naturæ, quod uni Dei potentiæ est adscribendum. Item claudere oculos ad præcedentia Dei benefacta et miracula. Nam, Exod. 16, 12, ante petre percussionem et exundationem jam coturnices Dei miraculo acceptæ. Hic enim agitur de secundâ carniæ appetitione.

VERS. 25.—NUMQUID ET PANEM. Carnem interpretatur Kimhi è simili loco, Num. 28, 2, quòd non inveniantur expellivisse panem in deserto. Atqui in Exodo, 16, 3, id faciunt. Unde ejus loco manna consequuntur, et panem à Deo appellari audiunt. Pani enim Hebraicè nomen est generale ad omnem cibum. Interim hic carnem intellige, quoniam miraculum manne antecessit petre percussionem. Manna enim pluitur, Exod. 16, 14. Petra in Horeb, populo versante in Raphidim finditur, et aquam emittit, Exod. 17, 6. Hoc igitur pertinet ad Num. 11, 4. Unde versus sequens planè derivatus est è primo versu illius capituli. Verba enim Mosis sunt hæc: *Quod cum audisset Dominus, iratus est, et accensus in eos ignis Domini devoravit extremam castrorum partem.* MENSAM. Hebr., carnem, ut sit epexegesis, et se interpretur; et sic vocem *scheer* exponunt Septuag. infra, vers. 32. Hic autem fortassè mensam, ut representarent geminam tucubuli significationem, quod est, residuum, id est, quicquid est reliquum, præter panem. Item quia miraculum hoc rupis exundantis bis factum est, primò in Raphidim, deinde in deserto Cades, sicut et coturnices. Primùm in deserto Sin, triginta diebus post exitum, deinde post annum integrum ad sepulcra Concupiscentiæ, ubi carnibus usi sunt per triginta dies, quousque Dominus de illis supplicium sumeret.

VERS. 26.—IDÈ AUDIVIT DOMINUS, ET DISTULIT, promissum scilicet de terrâ, et misericordiam suam præ iracundiâ conceptâ, id est, ut Hebraica sonant, et valdè iratus est. IGNIS, vehemens et inflammata Dei indignatio. Nam ira est quidam ignis et calor, nempe ebullitio sanguinis circa cor, propter appetitionem vindictæ. Aliqui ad litteram: Iratus misit ignem, qui devoraret eos qui essent in extremitate castrorum, Num. 11, 2, 3. Unde locus *incensio dictus, è quòd succensus fuisset contra eos ignis Domini, in Jacob, contra.* IN ISRAEL, contra Israelæm. Ascendendi autem verbo

utitur, quoniam, ira initium ducit à corde, deinde in cerebrum, faciem et nares attollitur.

VERS. 27. — NEC SPERAVERUNT IN SALUTARI, in salute ejus et auxilio, in salutaribus promissionibus.

VERS. 28. — ET MANDAVIT NUBIBUS, id est, rursùm mandavit. Nam alia beneficia incipit canere, de quibus Moses agit, Exod. 16, 13, 14, et Num. 11, 9. Et, adversativè aliquando, et tamen, attamen. Quamvis tam fuere ingrati et indigni, tamen non desit eis providere copiosissimè de escis. DESUPER, quæ (nubes) supra eos in aere pendebant. JANUAS COELI. Nobes aeris rupit, ut pluerent, utque copiosum mannæ rorem funderent. Etiam cælum dicitur de aere in vulgatis linguis. Lucret. : *Cælum, quæ dicitur aer*. Januas autem appellat rupturas nubium, per quas manna egrediebatur.

VERS. 29. — ET PLUIT ILLIS MANNA, magna abundantia effudit. PANEM. Hebraicè *degan schamaini, triticum cælorum*, id est, aeris. Nam cælum pro aere passim. Triticum, quod ex aere descendit, vel Dei triticum à Deo paratum; cælum enim inter cætera Dei epitheta ponitur, ut Dan. 4, 4, et 3 Reg. 8, 23, vide Eliam in Tisbi. Nempè manna illis erat loco panis triticeæ et delectati, triticum veluti cœlestis. Unde pito comminuetur, pinselatur, pistum in furno coquebatur, instar obrizæ, frigebatur oleo, in placentas mellitas. Denique quicquid fit è farinâ, ex eo conficiebatur, ut colligitur ex Exod. 16, 13, 19, Num. 11, 11, Sap. 16, 20, et Hebræorum monumentis. Septimum Dei erga patres beneficium, panis cœli, id est, cœlestis delapsus. Per hysteron proteron. Nam hoc miraculum non simul factum eum miraculo datarum carniû; multo enim autè manna demiserat, ubi ex ipsis occasione pro carnibus murmurant. *Man* appellatur Hebraicè quasi apparatus, id est, cibum quem Deus illis preparaverat, vel juxta Sepharadi, qui per se erat paratus, nec indigebat aliâ preparatione, ut qui sic comedi posset absque ullo alio apparatu, etsi posset in omnem lautitiâm et pulmentum verti, ut supra dictum, à *minna*, preparavit. Alii (nam recentiores dùm in etymo mannæ inverecondè credunt hallucinatum totam antiquitatem, variè illam quærent), alii, inquam, ut Kimbi in Rad. à *mana*, ultima per apocopen resecta, *portatio et donum* (à Deo profectum). Veteres autem, et rectius, quid, id est, quis cibus : admirantur, pro *ma*, quod ferculum, quasi cibus ignotus, non vulgaris, neque ordinarius, de quo illud veterum Hebræorum apud R. Isaac, in 1 Gen. Manna cibus erat corporeus, qui in ipsis membris digerebatur (nedùm in stomacho), nec turbabat mentem. Quare traditum nobis est fuisse symbolum cibi justorum in futuro seculo. Posteriorem hunc etymum sequuntur Septuaginta. Josephus, lib. 3, c. 2, Hieronymus, Rabbi Selomo, ut refert Aben-Ezra, et veteres ferè Hebræi, nempè ut *man*, pro *ma*, cacophonie gratiâ enuntiatum sit, nun per paragogen posito. Addit Rabbi Selomo *man*, aliquando Chaldaicè hoc designare, id est, neutrum, *quid*, etsi crebrius masculinum, *quis*. Quod mirè congruit cum mysterio. Nam lex quærit : *Quid est hoc?* Evangelium autem

respondet : *Hoc est corpus meum*. Manna absconditum et umbraticum in lege, revelatum et vivum in Evangelio.

VERS. 50. — PANEM ANGELORUM, delicatissimum, pretiosissimum, divinæ admirandæque virtutis et succi, Sap. 16, 20. Sic et Chaldaice, cibum qui descendit de habitaculo angelorum. Sic veteres Hebræi, quos hic Septuaginta sequuntur, ut ferè ubique, in tractatu Ioma, panem fortium manducavit homo, id est, quem comedunt angeli ministerii, verbi, R. Akiba. Etsi enim angeli non comedant cibum, tamen quia eorum subsistentia, sive status et permanencia est per Dei fulgorem ac lucem : manna autem est de divini fulgoris, supernæque lucis naturâ, ut homines manna comedentes et angeli alantur eodem cibo (per metonymiam scilicet, quâ manna symbolum cœlestis pabuli pro re accipitur). Hec illi. In fonte autem *abirin*, fortium, sive robustorum. Epithetum angelorum, qui fortitudinè et virtute excellunt mortalibus, 2 Petr. 2, 4. Manna dicitur cibus angelorum eximius et singularis. Nam angelis tribuntur singularia et admiranda. Quo idiotismo dicitur à Paulo, 1 Cor. 13, 1, lingua angelorum, id est, excellentissima, admirabilis, cum quâ nulla possit comparari, et à Joanne, Apec. 21, 18, *mensura angeli*, id est, maxima. Item quia eorum ministerio in aere productum est; vel quia non de terrâ, sed de supernis descendebat in terram; vel quia Christo in cœlo fruuntur, qui figurabatur hoc manna, Joan. 6, 32, 49, 50, et 1 Cor. 10, 4. Christus enim est verum manna, qui de cœlo delapsus conservat et pascit omnes sanctos, sive in hac vitâ per sacram Eucharistiam et gratiam; sive in æternâ, per claram sui visionem et conspectum. Hinc etiam de humanitate Christi D. Petrus scripsit, in *quem desiderant angeli prospicere*, 1 Petr. 1, 12 : possit esse hyperbole poetica ad exaggerandas hujus cibi delicias, quasi angeli, nisi vacarent corporibus, et cibo invisibili et incomprehensibili vescerentur, eo essent lubenter usuri. Quo tropo cibos aliquos dicimus esse regios, etsi illis reges non vescuntur, sed quia ejus suavitatis sunt, ut etiam regibus ipsis apponi mereantur. Ita vel propter illius cibi præstantiam, vel extraordinarium illius dandi modum, vel delineationem spirituales, non humanus cibus, sed angelicus dicitur. Sic enim poetæ neclare et ambrosiâ immortalitatis felicitatem figurarunt. Aliqui *abirin*, *fortium*, quod tali pane fortes et robusti redderentur. Confirmabat enim corda sumentium, quo modo panis Eucharistiæ corroborat corda communicantium, in vitam æternam, Joan. 6, 50, 51. Calhali, *abirin*, per transpositionem exponunt, *eburin*, *membra*. Manna panis membrorum, quia tam facilis erat concoctionis, ut digereretur in membris, non onerato stomacho, capite fumis non tentato, etc. *Nubium* novè aliqui vertunt. CIBARIA, comæatum, viaticum misit eis ad saturitatem; Gall., *Provision*. Ea enim latè per desertum, et circum castra sparserat.

VERS. 51. — TRANSTULIT AUSTRUM DE COELO. Octavum beneficium, Num. 11, 31. *Transtulit*, ἀπάρε, abstulit, cessare fecit, removit, transmutavit in alium ver-

tum, depulit austrum, ut Africum vehementem coturnices substitueret. Alii contra, excitavit, flare fecit austrum de caelo, id est, de caeli, austrive cardine ad convehendas carnes : Itemque Africum, quasi adhibuerit duos ventos ad majorem avium copiam, deferendam. Ad verbum, *proficisci fecit. Egressus ventus à Domino, tollensque à mari coturnices, projecit in castra, ibid. Austrum, ὄρεον: at kadim, Hebraeis fiat à kedem, id est, oriente. Flare fecit eorum, sive ventum orientalem, de caelo, id est, de aere, sive in caelo, id est, per caelum et aereum. Sed Septuaginta habuerunt rationem loci, in quo erat Judaea, non desertum. Nempe ex Arabiae plagâ orientali; item ex Africo λέει, id est, plagâ deserto occidentâ, ventorum impulsu aves eis coegit, Num. 11, 51. Africus autem ex opposito euri fiat, *thenan* Hebraicè, quæ est à filio Ismaelis dicta regio, Gen. 25, 15. Vel secundum priorem verbi *transiit* acceptionem, ventum induxit, qui ex occidente aves copiosè adveheret, quas eurus abigebat suo impetu et violentiâ.*

VERS. 32.—*PLUIT SUPER EOS SICUT PULVEREM*, è materiâ pluviae produxit, vel instar pluviae, vel è loco pluviae, nempe è caelo, sive aere effusè demisit, *sicut pulverem carnes*, tanta copia, quanta est pulvis, innumerablem, mirabili et inusitatâ multitudine, adeo ut è sexcentis millibus peditum, quilibet ut minimùm decem coros repletet, et eas per gymum castrorum siccaret per mensem integrum, ut ne hoc Moses quidem posse fieri crederet, etiamsi cuncti pisces maris in unum congregarentur, et in carnes verterentur, Num. 11, 19, 20. *CARNES*, aves, praesertim coturnices, ibid., et Exod. 16, 14. *VOLATILIA*, quia coturnicibus aliæ aves mixtae erant. Vel, posterior hæc pars prioris est expositio, ut sæpè aliàs.

VERS. 33.—*CIRCA TABERNACULA EORUM*, (et) circa per asyntheton Hebræorum inter duo. Adumbrat locum numerorum de coturnicibus incredibili copiâ demissis in media eorum castra, *sed et circumquaque ventus egrediens à Domino abreptas trans mare coturnices detulit in castra, itinere, quantum uno die confici potest omni ex parte castrorum per circuitum. Volabantque in aere duorum cubitorum altitudine super terram.*

VERS. 34.—*NON SUNT FRAUDATI*, privati, Hebraicè, *alienati*, sensu invariato. Israelitæ ad voluntatem exauditi sunt, non ad utilitatem, ut intelligamus Deum iratum aliquando dare quod petimus, et negare propitium.

VERS. 35.—*ADHUC ESCÆ EORUM ERANT IN ORE*, mense vertente. Optatâ enim cupiditate eos saturavit; sed in ipsâ tamen saturitate torsit.

VERS. 36.—*OCCIDIT PINGUES EORUM*, morbi quodam genere, de quo infra, Psal. 105, 17. *Pingues*, Magnates et primarios, ut supra, Psal. 21. *ELECTOS*, præcipuos Israelitarum, vel juvenes prostravit, et quasi in pedibus constrinxit. Hebraicè, incurvavit, ne possent effugere hanc plagam : per mortem sustulit, vel ad humilitatem et pœnitentiam vertit. *Συνενοδοσεν*, compedivit, quasi pedes stringendo et prohibendo, ne in terram promissionis possent ascendere, per mortis scilicet immissionem. *Pingues* punivit morte, qui primi

fuerant in culpâ, id est, magnates, ut qui fuissent auctores murmurationis, utpote delicatores, magisque assueti voluptatibus, Num. 13, 37, 14.

VERS. 37.—*IN OMNIBUS HIS PECCAVERUNT ADHUC*, his suppliciis minimè obstantibus, et tantis miraculis nihil permoventibus, non se emendarunt propter istas castigationes, ut fidem haberent miraculis.

VERS. 38.—*DEFEGERUNT IN VANITATE DIES EORUM*. Actio tribuitur Deo in fonte. *Consumpsit in vanitate dies eorum et annos celeriter*, ipse scilicet Dominus. Nam intra quadraginta annos totum illum murmurantium exercitum innumerabilem prostravit in deserto, solis Josue et Caleb incolumibus, quantum ad laicos, servatis. *IN VANITATE*. Vanitate ociis, celeriter, citò; vanè, instar fumi. Unde Thalmudici utuntur vanitatis vocabulo pro oris flatu. *CUM FESTINATIONE*, plagâ repentinâ, morte celeriore. Ita Kimhi. Alii in horrore, in perturbatione. Omnes enim mœore consumebantur per quadraginta annos, ibidem.

VERS. 39.—*DILUCULO VENIEBANT AD EUM*, festinanter, pertinaciter, aurorâ veluti anticipatâ. Hinc Hebr. manebant, sive aurorizabant Deum, ad auroram quærebant eum; vel, ad sacrificium matutinum, ad precem manè factam. *DEUM*, Dei tabernaculum; consule supra, Psal. 5, 5. *Afflicto dat intellectum*, Isa. 28, 19. Eum implorabant, ad eum placandum properè veniebant.

VERS. 40.—*ET REMEMORATI SUNT*, coeperunt recollere peccatum suum, et Deum suum esse salvatorem. *ADJUTOR*, petra propriè.

VERS. 41.—*DILEXERUNT EUM IN ORE SUO*, pellexerunt eum, placaveruntque. *LINGUA*, solo ore, more hypocritarum servierunt, et confessi sunt eum, Isa. 20. Promiserunt ei multa ore, cum linguâ ei mentirentur. *MENTITI SUNT*, obsecuti sunt, servierunt coactè, non ex animo subjecerunt se ei, de quo idiotismo supra, Psal. 65, 3. *Fictam eorum pœnitentiam pulchrè describit*, qui pœnæ duntaxat metu, non pietatis et Dei amore respiscunt. Quare et statim ad vomitum redeunt. Hic locatur Psalterii medium. Nam hæc tenès Hebræi numerant versus mille ducentos sexaginta tres, tot non tant esse reliquos.

VERS. 42.—*COR AUTEM EORUM NON ERAT BECTUM*. Non rectè ambulant coram Deo, quia ad vomitum redire cogitabant. *Nec fideles*, nec constantes steterunt, non fideliter permanserunt in pacto, neque ejus fidem diù servarunt; q. d.: Nec firmi fuerunt in ejus pacto, testamento et lege, nec habuerunt fidem in ejus promissis.

VERS. 43.—*IPSE AUTEM EST MISERICORS, FIET, DISPERDET*. Futura pro imperfectis. Per antithesim, ipse interim erat misericors, propitiabatur peccatis eorum, nec disperdebat.

VERS. 44.—*ET ABUNDAVIT UT AVERTERET IRAM*, abundè avertit iram suam. Imò verò nullam iram suam accendit, sive ut in fonte, excitavit. *NON OMNEM*, id est, nullam, more Hebraico, q. d.: Nihil iræ retinuit, totam iram penitens remisit. Alii contra, non omnem suscitavit, id est, non totam : quasi aliquid iræ retinuerit,

aliquid effuderit, moderando penas pro suâ misericordia. Sed non attendat ad hebraismum.

VERS. 45.—ET RECORDATUS EST. Et, at, sed, ad-versativè. CARO, res infirma, corrupta, obnoxia peccatis et miseris. SPIRITUS. Sicut ventus hùc illùc discurrrens, et in suis reciprocationibus evanesrens; vel etiam spatio in aurâ disprens, neque ad sua principia revertens. Nam ventù neque eò unde flant, revertuntur, neque perveniunt à cardine in cardinem, sed in medio mundo absumuntur solis vi, et sui motù attritu, ut disputat in Meteor. Aristoteles. Spiritus lic ventum significat, ne quis cogitet animas. Quâ ratione dicitur, Jac. 4, 14: *Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum apparens, qui deinceps exterminabitur.* Nam et ipsas secundum permissionem et dispensationem divinam, et legem extraordinariam, in quocumque sint receptaculo, reverti nihil vetat, *sive ad vitorum solatium qualecumque, verba sunt Augustini, lib. de Curâ pro mortuis, c. 16; ad quos pertinent illi mortui, sive ad humanitatem sepulturæ commendandam, sive ob alia negotia.* Consule eundem, *ibid.*, c. 19, et ad Simplicianum, lib. 2, q. 3, et ad Dulcitium, Hieronymum contra Vigilantium, Gregorium, lib. 4, Dialog., Heterianum, lib. de Egressu animarum ab inferis, et copiosè Sotum, in 4, dist. 45, art. 4, q. 1. Sic enim Elias, sic Moses ad vivos redierunt, Matth. 17, 3. *Sic plurimi excentes de monumentis post resurrectionem Christi venerunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis,* Matth. 27, 53. Sic Jeremias et Onias, 2 Mac. 15, 12, 15, 14, Samuel 1 Reg. 28, 25, et Eccli. 46, 12. E quibus et similibus aliis apparitionibus Justinus Martyr contra Tryphonem, animum immortalitatem, veituti digitis, impiis Epicureis atheisque ostendit.

VERS. 46.—QUOTIES EXACERBAVERUNT EUM IN DESERTO. Decies præcipuè in deserto intra primum biennium, ut ex Exod. et Numeris colligunt Hebræi. Nam in Levitico et Deuteronomio nihil tale legitur. Primò, ad mare Rubrum. Secundò, propter aquæ penuriam, in Mara. Tertiò, in deserto Sin ob manna. Quartò, cum manna servarent in crastinum. Quintò, cum die sabbati inud contra oraculum colligebant. Sextò, in Raphidim ad aquas contraditionis. Septimò, in Horeb, quando confârunt vitulum. Octavò, in Tabera, ubi dubitabant *num verè Deus esset,* etc. Nonò, sexta sepulchra Concupiscentiæ, cum postularent carnes. Decimò denique, propter exploratorum relationem, *ut jam, inquit Dominus, per decem vices non audiverint vocem meam.* Est etiam numerus certus pro incerto. Nullum peccandù modum faciebant. Nam Moses vicinus morti. *A die, inquit, Deut. 31, 27, quâ egressus de Ægypto, semper adversus Dominum contendisti.*

VERS. 47.—ET CONVERSI SUNT, ET TENTAVERUNT. Hebraismus, prò et rursùm tentaverunt Deum. Ut nihil sit necesse interpretari, conversos esse ad pristinos mores. EXACERBAVERUNT. In Hebræo attingitur ratio hujus exacerbationis. *Sanctum, inquit, Israel limitaverunt, signaverunt;* ut quidem R. Abraham et Rabbi David exponunt. Gall.: *Ils l'ont borné et limité.* Quasi Deus tantùm duntaxat posset, quantum ipsi

volebant et cogitabant; quasi dicat: Circumscripserunt potentiam ejus, definiunt, et concluderunt, quasi non posset omnia omnibus in locis et quocumque modo vellet. At rectius vertatur, quod nullum adhuc observâsse miror, *crucifixerunt,* allusione ad genus mortis quo Dominum tandem affecerunt. Nam *tai,* non tantùm limitem, verùm etiam crucem significat Ezech. 9, 2, et Apoc. 7, 4. à quo verbum *situath.* Unde Origenes, Rom. in Epiphaniâ, Hieronymus, in 9 Ezech., Tertullianus et Cyprianus, contra Judæos, apertè ostendunt *tai* Hebræorum crucis gessisse effigiem, ut apud Græcos et omnes ferè linguas. Hodie figura immutata est improbate Masoretarum et Judæorum, ut mysterium crucis obruerent, cujus tanto odio flagrant, ut eam non modò non scribant, sed ne nominent quidem. Quare eam circumloquuntur, ut Kimhi in Is. ult. cap. per *shethi vahereh,* stamen et subtegmen, quoniam hæc duo fila per modum crucis sese intersecant.

VERS. 48.—NON SUNT RECORDATI MANUS EJUS, auxilii, defensionis, quæ fit manu, metonymicè. DIE QUÆ, periphrasis liberationis Ægyptiæ, de quâ deinceps discurret ad versum usque 60. Aliqui vertunt in genitivo, *diei quâ,* repetendo, *neque recordati sunt.* TRIBULANTIS, Pharaonis.

VERS. 49.—SIC POSUIT IN ÆGYPTO. Vide supra, vers. 16. Revertitur enim ad illa mirabilia in Ægypto populo exhibita. *Sicut,* quo modo, quâ ratione posuit. Particula enim est continuationis è superiore pendens, ut Gall. *comme,* pro quòd. Non sunt recordati quod posuit, non eum meminerunt posuisse, etc. Plagas autem refert non omnes, neque ordine quo factæ sunt, sed præcipuas. Exod. 7, 8, 9, 10. Tres enim è decem omittit, nempe tertiam (pedicularum sive cyniphum), sextam (ulcerum et pustularum) et nonam (tenebrarum triduanarum). Numerus autem et ordo his tribus vocabulis acrosticis methodicè à Rabbinis comprehenditur, *dotseha hadash beachab (læticifera te lens in Achab).* Prima, *dam,* sanguis, in quem aquæ omnes Ægypti conversæ sunt. Secunda, *sephardeah,* rana. Tertia, *kinim,* pediculi sive cyniphes, ut noster vertit *κνίνες,* sive *ακνίνες,* culices, ut Septuaginta. Quarta, *harob,* mixtio insectorum, muscarum omne genus, ut noster doctè *κυσσαμια,* musca canina, ut Septuaginta. Quinta, *deber,* pestis, pecorum videlicet interitus. Sexta, *shehim,* ulcus, pustula. Septima, *barad,* graudo inmixta aliis horrendis meteoris. Octava, *arbe,* locustarum omne genus. Nona, *hoschek,* tenebræ (palpabiles et triduanæ). Decima, *bechoroth,* primogenita hominum et pecorum. In hunc numerum non cadunt serpentes primum omnium è virgâ Mosis sive Aaronis producti. Nam fuerunt quidem primum signum coram Pharaone, sed non plaga, ut quæ nihil Ægyptiis nocuerit, sed solas virgas, sive serpentes magorum è virgâ factos devorârât.

VERS. 50.—ET IMBRES EORUM, NE BIBERENT, fluentia, rivus propriè, Exod. 7, 19, 20. Alioqui rarè pluvi in Ægypto. Plurali autem numero *rivor,* quia in multis rivor unus Nili fluvius dispescatur. Ægyptus, aut

Strabo, lib. 14, fossis Nili rivos excipientibus undique intersepta est, ut ubique sit navigabilis. Adde per septem ostia sese in mare Mediterraneum effundere.

VERS. 51. — MISIT IN EOS CYNOMIAM. Plaga quarta, *cynomiam*, per *y*, muscam caninam, ut et Rom. Psalterium. Vox Hebræica *harob* omne muscarum genus designat, quasi mixtionem, sive mixturam, Exod. 8, 21. Quare Hieronymus, ad Suniam et Fretellam, *Cœnomyiam*, legendum tradit per *α, χοινομύια*, communis et promiscua musca. Quæ de causâ Aquila *παμμύιας* verterat, id est, omnimodam muscam. Alienè aliqui mixtionem ferarum sylvestrium, alii mixturam insectorum collectam è variis bestiolis venenatis. COMEDIT, consumpsit cynomyia ærum fructus: idem quod mox *disperdit*, ut infra, Psal. 78, 8, *comederunt Jacob. RANAM*. Secunda plaga. Exod. 8, 2.

VERS. 52. — ET DEDIT ÆRUGINI BRUCHO, *hasif*. Hebraicè, non est vitium frugum, ut ærugo, sed species locustæ frugibus nocentissima, Exod. 10, 4. Unde Hieronymus bruchum vertit. At *ἄρουρα*, rubigo, quæ in segetibus invenitur apud Ovidium, 1 Fast.:

Interea crescat scabræ rubiginis expertis,

Nec vitio cæli pallent ægra seges;

per metaphoram, quia sicut illa ferrum et alia metalla consumit, ita pruina et hujusmodi calamitates segetes exurunt, canente Ovidio, 4 Fast.

Et teneras segetes et ferrum amplectitur acre.

Unde Robigus unus è duodecim diis agriculturalum apud Varronem lib. 1 de Re rust.; et Rubigo dea, apud Ovidium, 4 Fast., et Augustinum, 4 de Civ., c. 51: quibus fidebat sacrificium, ne segetes vel arbores rubigo corrumperet, et Robigalia hujusmodi sacrificia, vel potius ferie, septimo calendis Maias, quibus Robigo Deo, ut rubiginem averteret, sacrificabant è Paulo in Epitome Festi, quoniam tunc ferè segetes ea labe occupat. Æruginem ergo sumpsit pro rubigine, etsi grammatici sic distinguant, ut hæc in metallis sit arida et rubra, paulatim absumens, illa humida et viridis. Plaga autem est octava, Exod. 10, 14. LOCUSTÆ. *Harbe* nomen est generale ad cunctas locustarum species.

VERS. 53. — ET OCCIDIT IN GRANDINE. Plaga septima grandinis. Occidit, perdidit, per metaphoram, ut significet plantas vivere suo modo, id est, vitâ vegetabili. *Moros*. Vox *silmath* importat sycomoros, genus ficuum sylvestrium, quibus Ægyptus abundat. *Morus Ægyptia* Theophrasto. *PHEISA, haanamal*, species est grandinis grandioris et vehementis, lapis quidam glaciösus.

VERS. 54. — ET POSSESSIONEM EORUM IGNI, pecudum scilicet, ut idem enuntiet per epexegesin. Nam Hebraicè, et *pecora eorum carbonibus*, id est, fulgoribus, et ignitis tempestatibus, fulminibus grandinantibus, tanquam incensis sagittis. Quanquam et possessiones hæc septimâ plagâ læsa sunt, *linum*, inquit, Exod. 9, 31, et *hordeum percussa sunt*, quia *hordeum erat in spica*, et *linum in folliculo*, sive *calmo*. Solum triticum, et far sive zea evaserunt, quod essent serotina. Quod etiam respicere possit vox *mikna*. Nam illa non modò

significat pecus, verum etiam possessionem, à *kana* possessit, ut concurret cum *mikna* et *kinian*.

VERS. 55. — MISIT IN EOS IRAM. Attingit plagam, *deber*, id est, pestis, quæ cuncta pecora in agris reperta absumpta sunt, scorsum, equi, asini, cameli, boves, oves, capræ, in quibus præcipuè Ægyptiorum fortunæ et opes consistebant. Fortassè etiam quia coæcervat tot tristia vocabula: Excandescitiam naris, indignationem, iram, tribulationes, immissiones denique cacodæmonum, complectitur cunctas plagas, quas transilierat, nempe tertiam pediculorum, sextam ulcerum et pustularum, nonam tenebrationem et horrendæ caliginis, ut cuique vocabulo sua per ordinem tribuat. Sic, verbi gratiâ, *ira indignationis*, sive, ut in fonte, *excandescencia naris*, propriè pediculis respondebit; *indignatio*, pesti animalium; *ira*, ulceribus et pustulis; *tribulatio* sive *angustia*, triduanis tenebris, *immissiones autem matorum angelorum*, uni versè omnibus. IMMISSIONES. Appositoriè, id est, calamitates ab angelis malis immissas. Deus enim istis pro carnificibus utitur, 3 Reg. 22, 21, 22, et Job. 1, 12; q. d.: Qualis plagæ non solent ab hominibus quantumvis inimicis et immitibus inferri, sed quales per angelos ab irato Deo immissos importantur, ad flagellandos eos qui valdè sunt scelerati. Ita malis angelis tribuitur mors pecorum et primogenitorum. Interim punit Deus etiam per bonos, ut Sodomitæ et Sennacherib, Gen. 19, 15, 16, 4 Reg. 19, 35. MALOS. Rectè; nam in fonte *malachè* est syntacticum pro absoluto poetiè. Quod qui ignorant interpretantur per *angelos matorum*, per spiritus administris calamitatum et rerum malarum. At *rahoth*, potius dixisset quàm *rahim*; nam neutra Latinorum propriè representantur per femineam, rarissimè per masculèam. Fuisse autem angelos malignos sive cacodæmonas, per quos Deus has plagas exercuerit, apparet ex eo quod Moses, Exod. 12, 43, administrum ultimum appellet, *musbith, perdentem*, id est, angelos perdentes per synecdochem numeri. Cui accinuit Hebræi: *Quæ in tenebris*, inquit, *immittuntur mala*, rectè *annundantur malignis spiritibus*, quoniam ipsi sunt spiritus tenebrarum. Hinc aliquo Psalmo scriptum: *In èd (nocte) reptat omnis bestia sylvestris*.

VERS. 56. — VIAM FECIT SEMITÆ IRÆ SUÆ, semitæ, per quam ira sua transiret, rectèque procederet ad ipsos homines necandos, et pecora peste consumenda. Quinta et sexta plaga, etc. *Semitæ* est dativi casus. Aperuit sibi viam ad eos delendos, ut ira plenè trajiceret, neque ejus impetus impediretur, neve ira ipsius tanquam sagitta à scopo declinaret, sed rectè eos feriret, et interneeque deleret, qui ipsos tantùm plagis vexaverat. Ad verbum: *Libravit*, id est, *direxit in eos iræ suæ impetum*. A MORTE, quominus eos morti traderet. Præpositio à Hebraicè sæpè ad negationem sententiam trahit. IN MORTE, ad mortem: morti addixit; vel ex Hebræo, pesti, Exod. 9, v. 3. *Jumenta*. Aliqui vertunt vitam, sed alienè. De plagâ pestilentie, quæ animalia Ægyptiorum absumpsit.

VERS. 57. — ET PERCUSIT OMNE PRIMOGENITUM IN

TERRA ÆGYPTI. Decima et postrema plaga misso angelo percussore, Exod. 12, 29. *Percussit*, certo pestis genere perniciosissimo et acutissimo. *Unum primogenitum*, quâcumque essent conditione, ætate, statu. Quin et in genere, *primogeniti* vox tam eum notat qui primo loco inter fratres sit genitus, quam qui in familiâ est primus et præcipuus, ut infra Psal. 88, 28, et apud Apostolum, Col. 1, 18, *primogenitus mortuorum*, id est, primus et præcipuus. Et sic latè in hac plagâ Rabbini accipiunt, ut ubi non esset primogenitus, vel unigenitus, illic pater familiæ, et primus domus periret. Disertè enim dicitur, Exod. 12, 30: *Non erit domus in quâ mortuus non faceret*. Plaga igitur major fuit quàm vulgò concipiatur, de solis filiis familiâs nato primis maximisque. PRIMITIAS OMNIS LABORIS. Periphrasis primogenitorum, qui sunt primitiæ laborum patrum, inò et matrum, Gen. 49, 3. Nam partu laboriosiore eduntur, ob vulvam nunquam antea apertam. Alii vertunt *roboris*, id est, virilitatis eorum. In primogenitis enim ostenditur patrum robur et virilitas. *On* utrumque significat, et robur, et laborem. CHAM, id est, Ægyptiorum, qui sunt à Cham Noe filio prognati per Mizraim, Gen. 10, 6. Aliàs Cham tota Africa, ut quæ ei contigerit in partitione orbis terrarum, *ibid.* 7.

VERS. 58. — ET ABSTULIT SICUT OVES. Revertitur ad commemoranda alia beneficia. *Et abstulit*, inde, sive ex Ægypto. IN DESERTO, per deserta Arabiæ, sive Sarcænicæ, ut pastor.

VERS. 59. — ET EDUXIT EOS IN SFE, autò, securè, confidenter.

VERS. 60. — ET INDUXIT EOS MONTEM. Epanalepsis. Montem, inquam. Sic appellat Judæam magnâ ex parte montosam, quam sibi sanctificaverat et consecraverat pro loco et sede religionis primariâ. QUEM ACQUISIVIT, possedit bello ejectis Chanaanæis, Jos. 4, 1, etc. Cavit jam quomodò in terram promissam eos introduxerit, relictis deserti historiis. Priore loco pro monte, in Hebræo est terminus sanctitatis suæ, id est, fines Chanaan. Ne quis intelligat montem Sinai, in quo habitavit gloria Dei et sanctitas, Exod. 15, 15: *Portasti eum in fortitudine tuâ ad habitaculum sanctum tuum*, interprete Aben-Ezrà. Posteriore deinde loco montem (et) montem per asyntheton, de monte Sion.

VERS. 61. — ET SORTE DIVISIT. Hoc narratur in libro Josue, cap. 13, 14 et seq. IN FUNICULO MENSORIO, non quidem corporato et materiali, propter nindam terræ amplitudinem, sed mathematico et imaginario, quales geographi animo, complectuntur, et per parallos et alias lineas designant. Ex quo intelligis, mapparum consiciendarum ratio quàm fuerit antiqua apud Hebræos. DISTRIBUTIONIS. Nempe terram distribuit Josue in justas portiones, servatâ tamen proportione geometricâ, non arithmeticâ. Nam Judæ et Ephraim ampliore tribuit. Hebræicè *funiculo hæreditatis*, id est, quali hæreditates solent distribui.

VERS. 62. — IN TABERNACULIS EORUM, earum gentium, nempe Chanaanæorum, et reliquorum sex populorum,

qui possederant jam olivâ terram, et enumerantur, Dent. 7, 1.

VERS. 63. — ET EXACERBAVERUNT DEUM EXCELSUM. Hebræicè, rebellârunt. TESTIMONIA. Jam docuimus præcepta Dei sic appellari, quòd sit testatus solemniterque monuerit ea esse servanda. Ubi terram promissam inhabitârunt, nihil quàm in deserto aut Ægypto fuerunt meliores.

VERS. 64. — CONVERSI SUNT IN ARGUM PRÆVUM, in modum arcus pravi et fallacis retrò acti sunt et inversi, qui minatur sagittam, nec projicit, vel potius, qui scopum non petit, sed fractus, vel inversus percutit ipsummet sagittarium, aut etiam aliò quàm vellet sagittarium. Ita hæc gens fefellerit expectationem, se convertens ad idola, relicto vero Dei cultu, quem scopum interim sibi videbatur proposuisse. *Non servaverunt pactum*, ἠρροθήτησαν, à σὺθημα, pacto, testamento. Hieronymus ad Suniam, mavult Septuaginta vertisse ἠβερησαν, quoniam Hebræicè *prævaricati sunt*.

VERS. 65. — IN COLLIBUS SUIS, in excelsis, in altibus, in quibus, tanquam in templis, idolis sacrificabant. *Bamoth*, excelsa, designant celsitudinem montium, vel cumulos lapidum, super quibus idolis sacrificabatur, passim in libris Regum. Hinc Græcè βωμοί, tumuli, altaria. Sed Hebræi distinguunt à *mizbehoth*, quòd *bamoth* sint altaria idolorum, *mizbehoth*, Dei optimi maximi. Ad ÆMULATIONEM, ad maximam indignationem, et quasi zelum, ex Hebræo.

VERS. 66. — AUDIVIT DEUS, ET SPREVIT, indignatus est, et abominatus valdè Israelèem.

VERS. 67. — ET REPULIT... TABERNACULUM SEUM. Tabernaculum, in quo servabatur arca fœderis, deseruit, ad arcam ad Palæstinios repulit, 1 Reg. 4, 11. IN HOMINIBUS, inter homines, cum hominibus tempore præsertim Mosis, ut apud Joannem, 1, 14: *Et habitavi in nobis*, id est, nobiscum, inter nos; sed id per assumptam carnem, cum in veteri Testamento apud homines habitaret, collocato duntaxat apud ipsos tabernaculo, in quo precantes exaudiret 3 Reg. 8, 27, 28. In tabernaculo ergo habitavit apud Hebræos per communicationem sui, suorum oraculorum, gratiæ, favoris, et per novos effectus. Nam ex propitiatorio, quod erat super arcam, responsa dabat, juxta illud, Exod. 25, 22: *Loquar inde tecum de mediò Cherubim*. Sic hodiè in templis habitat singulari quâdam virtute et efficacità, maxime propter præsentiam corporis Christi, quæ arca veteris Testamenti est multò sanctior et efficacior.

VERS. 68. — ET TRADIDIT IN CAPTIVITATEM VIRTUTEM EORUM. Arcam, quæ robur et ornamentum præstabat populo. Hebræicè quidem, fortitudinem suam et pulchritudinem sive decus suam; sed quia illa Dei fortitudo et decus ad utilitatem et salutem populi conferebatur, sententiam sunt interpretati, ut supra, Psal. 29, 8: *Præstitisti decori meo virtutem*, id est, fortitudinem et robur, de arcâ, quam in monte Sionio à se ornato et decorato multis ædificiis, et palatiis, et arcibus, David constituierit. Sic ergo etiam hic arcam fœderis appellat, quòd ex eâ Deus ederet oracula, quæ Urim

et Thummim vocant Hebræi, indeque vim, potentiam et nomen suum mirificè ostenderet. Hinc, *Gloria Domini ab Israel translata ad Philistiim*, 1 Reg. 4, 21.

VERS. 69. — ET CONCLUSIT IN GLADIO. Objecti gladio Philistinorum populum suum, et indignatus est ir suam hereditatem, id est, in Israele.

VERS. 70. — JUVENES EORUM COMEDIT IGNIS. Dei indignatio, metaph., ut supra, vers. 26; vel, vis et impetus belli eos perdidit. NON SUNT LAMENTATÆ. Hebr., *non sunt ejulatae*: nemo eas lugebat: *hulets*, ab *ialal* ejulavit, in hophal. Non deplorabantur, quod singuli in suis calamitatibus deplorandis satis essent occupati. Rabbini malunt 7 esse radicale in pahal, hoc sensu: Non sunt laudatæ, id est, non sunt nupti traditæ et elocatae, celebratæque epithalamii et carmine nuptiali, quoniam antequam nubere, ab hostibus Palestinis vel in servitutem abductæ, vel interfectæ, vel sponsis in prælio cadentibus orbate sunt. Ex quo Thalmudici thalamum nuptialem appellant *hatula beth*, quasi domum laudationis et epithalamii, et ea carmina, *hillulim*, Græci, *ἑπιθαλάμια*, et nuptiæ *hillula*. Quoniam retentâ hâc verbi significatione, sensus nostrorum retineri potest. Non sunt laudatæ, id est, non sunt funebribus laudationibus affectæ, ut moris erat, ob calamitatis impedimenta.

VERS. 71. — SACERDOTES EORUM IN GLADIO CECIDERUNT, ut Ophni et Phinees Heli illi, qui in ipsâ strage ceciderunt, 1 Reg. 4, 11. NON FLORABANTUR. Vocem Hebræam Septuaginta acceperunt intransitive, vel legerunt in niphâl. Recentiores transitive: et viduæ eorum non plorabant (illos). Nec sunt, inquit, defliti à viduis, quoniam illæ non erant supersites, ut casum maritorum deplorarent. Vel nimio terrore, affectæ, suum ipsarum casum deplorabant. Sententiâ eodem recidit. Videtur autem respicere ad repentinam mortem uxoris Phinees sacerdotis, quæ spatium lugendi mariti non habuit, 1 Reg. 4, 20.

VERS. 72. — ET EXCITATUS EST, et tamen. CRAPULATUS, vino madidus, qui omnia clamoribus et plagis miscet, vino vires et animus suggerente. Vino accensus, juxta illud: *Vina parant animos*. Loquitur de Deo anthropopathos. Hebræa sonant veluti potens, cantans, sive vociferans præ vino, exultans, qualis fortiter pericula aggreditur. Sic Chald.: *Inebriatus à vino*. Hunc et sequentem versum rectè exponas de Philistinis, è 1 Reg. 5, 6. Minus rectè de ipsismet Israelitis, bello contrâ illos justâ ultione Domini prostratis.

VERS. 73. — ET PERCUSIT INIMICOS SUOS. Philistinos in posterioribus partibus, morbo natium, sive fico ani (hæmorrhoidum genere, 1 Reg. 5, 6), qui æternam eis imponit ignominiam, discruciat, infami podicis ignominia affecti illos, quam nunquam eluere poterunt. Frigidè aliqui inimicos hos Domini esse dicunt Israëfitas, ut et alibi, Isa. 1, 24, vocantur, quorum terga ceciderit in hoc Palestinorum prælio.

VERS. 74. — ET REPULIT TABERNACULUM JOSEPH. Patronymicè; id est, tabernaculum Silo urbis Ephraimitarum, qui erant à Joseph prognati per Ephraim. Repudiatâ Silo elegit suæ arcæ locum in Gabaâ tum in

Hebron, postremò in Sion tribus Judæ. Area enim non in Silo, sed in Kiria Jearim, in domum Aminadab, deinde in domum Obededom, tandem à Davide in Sion deducta, et imperium è tribu Ephraim ad tribum Juda delatum. Nam etsi Saül esset de tribu Benjamin, tamen in Galgalâ, oppido Ephraim, regnabat. Quin et Jeroboam ad eandem tribum conatus est regnum reducere, dum ejus sedem in Sichem, monte Ephraim, collocavit. Verùm Deus regnum Saülis reprobovit, regnum autem Jeroboam tandem per Assyrios perdidit, neque unquam restituit, ut qui sedè idololatriâ Israeleem contaminasset.

10. Domine, Deus virtutum, quis similis tibi ? potens es, Domine, et veritas tua in circuitu tuo.

11. Tu dominaris potestati maris ; motum autem fluctuum ejus tu mitigas.

12. Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum ; in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

13. Tui sunt cœli et tua est terra ; orbem terræ et plenitudinem ejus tu fondâsti ; aquilonem et mare tu creâsti.

14. Thabor et Hermon in nomine tuo exultabunt ; tuum brachium cum potentiâ.

15. Firmetur manus tua et exaltet dextera tua ; justitia et judicium præparatio sedis tuæ.

16. Misericordia et veritas præcedent faciem tuam ; beatus populus qui scit jubilationem.

17. Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, et in nomine tuo exultabunt totâ die, et in justitiâ tuâ exaltabuntur.

18. Quoniam gloria virtutis eorum tu es ; et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

19. Quia Domini est assumptio nostra ; et sancti Israel regis nostri.

20. Tunc locutus es in visione sanctis tuis, et dixisti : Posui adjutorium in potente ; et exaltavi electum de plebe meâ.

21. Inveni David servum meum ; oleo sancto meo unxi meum.

22. Manus enim mea auxiliabitur ei ; et brachium meum confortabit eum.

23. Nihil proficiet inimicus in eo ; et filius iniquitatis non apponet nocere ei.

24. Et concidam à facie ipsius inimicos ejus ; et odientes eum in fugam convertam.

25. Et veritas mea et misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

26. Et ponam in mari manum ejus, et in fluminibus dexteram ejus.

27. Ipse invocabit me : Pater meus es tu ; Deus meus, et susceptor salutis meæ.

28. Et ego primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ.

29. In æternum servabo illi misericordiam meam : et testamentum meum fidei ipsi.

30. Et ponam in seculum seculi semen ejus, et thronum ejus sicut dies cœli.

31. Si autem dereliquerint filii ejus legem meam, et in judiciis meis non ambulaverint ;

32. Si justitias meas profuauerint, et mandata mea non custodierint ;

ai fait serment à David, mon serviteur, en lui disant : Je te préparerai une race éternelle ,

5. Je l'établirai un trône qui peut être comparé au trône en génération.

6. Seigneur, les cieux publieront vos merveilles ; ils annonceront votre vérité dans l'assemblée des saints.

7. Dans le ciel en effet qui peut être comparé au Seigneur ? qui est semblable à lui parmi les enfants de Dieu ?

8. C'est le Dieu dont la gloire éclate dans l'assemblée des saints : il est grand et terrible au-dessus de tous ceux qui l'environnent.

9. Seigneur, Dieu des armées, qui est semblable à vous ? vous êtes puissant, Seigneur, et votre vérité est toujours autour de vous.

10. Vous dominez sur la mer toute puissante qu'elle est : vous calmez la fureur de ses flots.

11. Vous avez abattu le peuple orgueilleux comme on abat un homme déjà blessé : vous avez dispersé vos ennemis par la force de votre bras.

12. Les cieux sont à vous, la terre est pareillement à vous : vous avez établi le globe terrestre et tout ce qu'il renferme ; vous avez créé l'aquilon et la mer.

13. Le Thabor et l'Hermon tressailleront de joie à votre nom : votre bras est armé de puissance.

14. Que votre main paraisse invincible, que votre droite soit glorifiée : la justice et le jugement sont aussi l'appui de votre trône.

15. Oui, la miséricorde et la vérité marcheront devant vous : heureux le peuple qui sait se réjouir (*dans le Seigneur*).

16. Ils marcheront, Seigneur, guidés par la lumière de votre visage : tout le jour, ils seront dans l'allégresse au souvenir de votre nom, et ils s'élèveront de plus en plus à l'appui de votre justice.

17. Car c'est vous, Seigneur, qui faites la gloire de leur force ; et c'est dans votre bonne volonté pour nous que notre puissance sera exaltée.

18. C'est le Seigneur en effet qui nous protège ; c'est le saint d'Israël qui est notre roi.

19. Alors vous avez parlé dans une vision à vos saints, et vous leur avez dit : J'ai établi ma protection sur un homme vigoureux, j'ai élevé celui que j'ai choisi parmi mon peuple.

20. J'ai trouvé David mon serviteur ; je l'ai consacré par l'onction de ma sainteté.

21. Aussi, ma main sera-t-elle prête pour le secourir, et mon bras pour le fortifier.

22. L'ennemi n'aura point d'avantages sur lui, et l'enfant de l'iniquité ne pourra lui nuire.

23. Je briserai, à son aspect, ses ennemis, et je mettrai en fuite ceux qui le haïssent.

24. Ma vérité et ma miséricorde seront toujours avec lui, et sa force sera glorifiée en vertu de mon nom.

25. J'étendrai sa main sur la mer et sa droite sur les fleuves.

26. Il m'invoquera en disant : Vous êtes mon père, mon Dieu et l'appui de mon salut.

27. Je l'établirai mon premier-né, et je l'élèverai au-dessus des rois de la terre.

28. Je lui conserverai pour toujours ma miséricorde, et je serai fidèle à l'alliance que j'ai faite avec lui.

29. J'établirai sa race à perpétuité, et son trône subsistera autant que la durée du ciel.

30. Que si ses enfants abandonnent ma loi, s'ils ne marchent pas dans la route de mes commandements,

31. S'ils profanent mes ordonnances, et s'ils ne gardent pas ce que le leur ai prescrit,

33. Visitabo in virgâ iniquitates eorum : et in verberibus peccata eorum.

34. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo; neque nocebo in veritate meâ.

35. Neque profanabo testamentum nostrum, et quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.

36. Semel juravi in Sancto meo, si David mentiar: semen ejus in æternum manebit.

37. Et thronus ejus, sicut sol, in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum, et testis in cœlo fidelis.

38. Tu verò repulisti et despexisti, distulisti Christum tuum.

39. Everisti testamentum servi tui; profanasti in terrâ sanctuarium ejus.

40. Destruixisti omnes sepes ejus; posuisti firmamentum ejus formidinem.

41. Diriperunt eum omnes transeuntes viam; factus est opprobrium vicinis suis.

42. Exaltasti dexteram deprimentium eum; latificasti omnes inimicos ejus.

43. Avertisti adjutorium gladii ejus; et non es auxiliatus ei in bello.

44. Destruixisti eum ab emundatione, et sedem ejus in terrâ collisisti.

45. Minorasti dies temporis ejus; perdidisti eum confusione.

46. Usquequò, Domine, avertis in finem? exarscet, sicut ignis, ira tua?

47. Memorare quæ mea substantia; numquid enim variè constituisti omnes filios hominum?

48. Quis est homo qui vivet et non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi?

49. Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine, sicut jurasti David in veritate tuâ.

50. Memor esto, Domine, opprobrii servorum tuorum, quod continui in sinu meo, multarum gentium.

51. Quod exprobraverunt inimici tui, Domine, quod exprobraverunt, commutationem Christi tui.

52. Benedictus Dominus in æternum: fiat, fiat.

32. Je m'armerai de la verge pour punir leurs iniquités, et je châtierai leurs péchés en les frappant de mes fleaux.

33. Mais je ne retirerai pas totalement de lui ma miséricorde, et je ne ferai point de tort à sa vérité.

34. Je ne profanerai point l'alliance que j'ai faite, et je ne rendrai point inutiles les promesses qui sont sorties de ma bouche.

35. J'en ai fait une fois le serment par mon sanctuaire; je ne manquerai point de parole à David, sa race subsistera éternellement.

36. Son trône sera en ma présence comme le soleil, il sera éternellement comme la pleine lune; il sera comme le témoin fidèle (que j'ai placé) dans le ciel.

37. Cependant, Seigneur, vous avez rejeté, méprisé et éloigné votre Christ.

38. Vous avez rompu l'alliance formée avec votre serviteur, vous avez profané son sanctuaire.

39. Vous avez détruit tous ses remparts, vous avez répandu la terreur dans tout ce qui servait à sa défense.

40. Tous les passants l'ont ravagé; il est devenu l'opprobre de ses voisins.

41. Vous avez élevé contre lui la main de ceux qui l'oppriment; vous avez rempli de joie tous ses ennemis.

42. Vous avez détourné le secours qu'il pouvait tirer de ses armes; et vous ne l'avez point soutenu dans le combat.

43. Vous ne lui avez plus laissé le moyen de se purifier; et vous avez brisé son trône contre terre.

44. Vous avez diminué les jours de sa durée; vous l'avez couvert de confusion.

45. Jusqu'à quand, Seigneur, détournerez-vous votre face? sera-ce pour toujours? jusqu'à quand votre fureur s'enflammera-t-elle comme un feu (dévorant)?

46. Souvenez-vous de la faiblesse de mon être: serait-ce donc en vain que vous auriez créé tous les enfants des hommes?

47. Quel est l'homme qui vivra (toujours), et ne verra point la mort? quel est l'homme qui se délivrera de la puissance du tombeau?

48. Où sont, Seigneur, vos anciennes miséricordes dont vous avez fait le serment à David, en lui engageant la vérité de votre parole?

49. Souvenez-vous, Seigneur, de l'opprobre de vos serviteurs, je l'ai porté dans mon sein; ce sont les injures dont m'accablent une infinité de peuples.

50. Cet opprobre, Seigneur, vient de vos ennemis; ils me reprochent l'état où se trouve votre Christ, la catastrophe qui lui est arrivée.

51. Béni soit à jamais le Seigneur. Ainsi soit-il, ainsi soit-il.

COMMENTARIUM (1).

VERS. 1. — ETHAN. Hebræi hunc putant esse Abraham, sic appellatum, quod venisset ex Oriente. EZRAÏTÆ (2) enim, q. d., orientalis. Ego filium Zare, fra-

(1) In ipsis ferè regni Judaici extremis, vel sub exilii initis factum esse carmen, arguunt versus 59, 40 et seqq. (Rosenmüller.)

(2) Veteres ferè omnes hic legunt *Israelitæ* pro *Ezrahite*. *Ethan Ezrahita* notissimus in libris Regum et Paralipomenon est. Nemo illius sapientiam ignorabat, cum Salomon sapientior fuisse dicitur quam Heman et Ethan. Cœspiciuâ inter ceteros Salomonici templi cautores dignitate fruebatur. Is erat Ethan, qui Ba idis et Salomonis ætate forebat. Hujus tamen Psalmi creator Babylonicæ captivitatis coartatus fuit, atque à ceteris Davidici Ethani nomine, *Ethan Ezrahita* appellatus est; ut in superioribus Psalmis Asaphi et Hemani nomina Levitis sub finem regni Juda, vel in

trem Heman, de quo superiore Psalmo, vers. 1, qui

ipsâ captivitate viventibus attributa leguntur. Veterum recentiorumque interpretum pluribus placet Ethanum in captivitate visisse, atque hic regni Juda interitum sub Sedecia deplorare. Perique Patres Psalmum ad Christi generationem regnumque referunt. Porò cum Psalmo 151, 14, 12, et Jeremia 53, 17, plurimum convenit. Duplex Psalmi pars est, alt. ra usque ad v. 59, quâ Ethan divinum misericordiam erga Davidis familiam, factaque illi promissiones describit, ac Dei veritatem inter ranque promissa servandi fidem commendat. Altera, à v. 59, usque ad finem, queritur regnum Juda, a nimè juvenibus tam multis promissionibus ac benevolentie significationibus, cecidisse, regiamque interisse familiam; ac denique Deum rogat ut promissorum meminerit, eaque exsequatur. (Calmet.)

duo vaticinabantur in desertis, cum tribus core filiis. Nominatur autem Ezrâhita, à familiâ, tanquam genus trahens à Zarâ filio Judæ patriarchæ. Alii malunt Heman et Ethan fuisse cantores Davidis, et Ethanem sapientissimum illum cum quo Salomon, 3 Reg. 8, v. 2, comparatur, ut cum Heman, Chalcol, et Dordâ filiis Malo.

VERS. 2. — MISERICORDIAS DOMINI. Antequàm veniat ad querimoniam, in quâ oblique perstringit Dei fidem in præstandis promissis, longâ insinuatione utitur usque ad vers. 20, ut faciendum docent rhetores in causis invidiosis. In eâ commendat misericordiam Dei, et veritatem sive fidem in præstandis promissionibus, quæ propter contrarias calamitates venire poterat in dubium.

VERS. 3. — ANNUNTIABO VERITATEM TUAM IN ORE MEO. promissorum tuorum fidem per os meum.

VERS. 4. — QUONIAM DIXISTI IN ÆTERNUM MISERICORDIA (1). Ut mimesis esset faciliior et perpetua, neve mutatio personæ tam esset abrupta, pro quoniam dixi, verterunt, quoniam dixisti: nam loquentem mox inducet Deum usque ad vers. 7, in quem hæc omnia cadunt. Quoniam, inquam, dixisti, vel, quoniam dixi, te scilicet inspirante, te mecum interius colloquente, id est, quia mihi revelasti (quod) in æternum tua erga nos misericordia constructur in cælis, ne possit obliterari et deleri; idèo tua veritas ac fidelitas in iisdem parabitur ac firmabitur, ne obnoxia sit mutationi et revocationi; id est, idcirco futurum est ut misericordia tua perpetuò duret, ac cæli prius ruant quam non stes promissis, promissionumque tuarum veritate, tam firmâ quàm sunt ipsi cæli.

VERS. 5. — DISPOSITI TESTAMENTUM ELECTIS MEIS; et quoniam dixisti: Percussi fœdus cum electo meo David, et semine ejus in seculo. PRÆPARABO, Hebraicè,

(1) Vel benignitas, sub. Dei, edificabitur, i. e., instaurabitur, ut Jer. 31, 28 (Muis); crescet, vel augebitur (Munsterus); confirmabitur et stabilietur (Gejerus); durabit instar adilicii summâ arte constructi; nam verbum Hebræum sign. et edificare et durare (Vatablus); exornabitur, etc. non quidem in se, sed ratione nostri, et ratione effectum à gratia Dei provenientium, quæ quotidie novi erunt. Opponitur autem hæc ædificatio miserabili illi Ecclesie collapsæ statui, de quo v. 39 (Gejerus). Sensus: Etsi præ nos rerum status suadere primâ fronte videret inconstantiam in Deo, et promissa nunc irrita videri possint, nihilominus certò tenendam, quicquid ex misericordia pollicitus est Deus, ratum fore, etc. IN CÆLIS, etc., q. d.: E cælis illis, peculiari tuo domicilio, solves fidem, et rata facies promissa (Muis). Veritas tua implebitur quidem etiam in terrâ, sed consummabitur in cælis; nam mundus et omnis forma ejus præterit; veritas tua non præterit. Agitur hic de palmario implem nro promissionis David, factæ, nempe de Christi ejusque regni et semini perpetua duratione (Coecius). Stabiles fidem tuam tam firmiter, vel, tam diu (Gejerus): quam stabilivisti cælos (Piscator). Vel, per cælos hic intelligitur Ecclesia, sicut Isa. 66, 22. Matth. 5, 2, et 13, 24, 31, etc., ejus plantatio vocatur plantatio cælorum, Isa. 51, 16 (Ainsworthus) Nam statuo fore ut in seculum benignitas edificatur; in cælis ipsis stabilius fidem tuam, qua dixisti, v. 4: Pepigi, etc., i. e.: Ut benignitas tua semel in rerum creatione et structurâ demonstrata promoveatur et pergat, quantisper durabunt secula (Junius).

achin, id est, parabo, vel stabiliam semen tuum Christum.

VERS. 6. — SEDEM TUAM, Ecclesiam, Christi sedem et thronum.

VERS. 7. — CONFITEBUNTUR (1). Quoniam, inquam, omnia hæc dixisti tam solemniter et certò, cæli palam prædicabunt tua mirabilia: corpora cælestia per prosopopeiam, vel coelias. Ex Euthymio, metonymicè: Veritatem tuam, supple confitebuntur, per Zeugma in sanctorum cæta. Hincque hyperbaton: jam examinemus verba. Supra vers. 4, pro dixisti, in Hebræo amarthi, id est, dixi. Sed sic verterunt propter rationem jam commemoratam, vel quia voluerunt esse Apostrophen ad animam, ut infra, Psal. 120, v. 3. Dixisti, ó anima mea, apud te stabisti (quod) misericordia Dei in cælis duratura est instar adilicè optimè constructi, quodque veritas tua, ó Domine, in promissis præstandis firma erit. Hæc autem promissio facta est, quando illi concessit requiem ab inimicis, et ipse cogitaret Deo edificare domum. Dispositi, ad verb., cæcidi fœdus electo meo (populo scilicet). Idèo enim mutarunt numerum singularem in pluralem, etsi alii Davidem intelligunt. JUKAVI, constanter promisi me stabiliturum semen ejus in perpetuum. CONFITEBUNTUR, præponitur in fonte conjunctio et emphaticè, vel illativè Nam versus cum præcedentibus constructur: Quoniam dixisti, disposi fœdus meum cum Davide, etc. Sanè; vel, idèo cæli celebrabunt miracula tua. ETENIM, etiam ut supra Psal. 67, v. 2. VERITATEM TUAM, promissionum præstationem.

VERS. 8. — QUONIAM QUIS IN NUBIBUS, in cælis. Nam quia nubes in supernis locum habent, ponuntur pro

(1) Promissa illa sua præstare potest J. va, quod maximâ pollet potentia, quam et ipsi cælestes agnoscent celebrantque. Cæli, h. l. per metonymiam sunt superi, cælestes spiritus. Alii ad cæli opus mirabile hæc referunt, ut sit sicut illud Ps. 19, 2: Cæli enarrant gloriam tuam. Miraculum tuum, collective accipiendum, ut Ps. 77, 11, 88, 11, 15, res mirandas potentia tuâ effectas. In altero hemistichio cæta sanctorum, non est populus piorum Jove calliorum intelligendus, qui Ps. 16, 5, 34, 10. Sancti extollantur; sed significantur illi ipsi cælestes spiritus, quos antea cælos vocavit, ut Job. 15, 15; Zach. 14, 5, et infra, v. 8. (Rosenmuller.)

GLORIAM TUAM, intellige potentiam et veritatem tuam (Muis); vel, mirabiles liberationes populi Dei (Piscator); vel, beneficia omnem captum excedentia, in Christo collata, gratia, etc. (Gejerus). Sed quomodo cæli tanta prædica t? Resp. 1.º Cæli, i. e., nubes ipsi juxta promissionem pluviam dantes, Deut. 28, 12 (Muis). 2.º Cæli, i. e., cælestes; angeli, ex colatione membri seq. et Job. 15, 15 (Piscator). Sancti angeli et homines, Luc. 2, 15, 14. Psal. 5, 20, Apo. 7, 9, etc. (Ainsworthus). Quadrat hoc seq. sanctorum cæta, qui est in terris, ut sic Ecclesia triumphans et militans combinarentur. 3.º Vel prosopopeia est, ut Deut. 30, 19, et 31, 28, Psal. 10, 2 (Gejerus). ECCLESIA SANCTORUM, i. e., vel, sanctorum angelorum vel, in Ecclesia hic militante (Piscator). Vide Ps. 16, 5, et 34, 10. Repete hic et celebrabo t, ex membro præcedente (Gejerus). Apud fideles, qui Deo omnia que in terris sunt ascribunt, non cæce nature vi, et stolidi et carni homines solent (Muis). VERITATEM, vel, 1.º existentiam tuam, quam cæli declarant; confer. Jer. 10, 10 (Hebræi), vel, 2.º potentiam, veritatem promissionum (Gejerus).

cælis. Quin et *salah* ætherem et cælum designat à puritate et tenuitate. IN FILIIS DEI, inter divos et angelos, qui filiozem Dei elogio decorantur Job 1, v. 6, quoniam à Deo opt. max. non modò producti sunt, quod commune habent cum demonibus, verùm etiam in hæredes vite æternæ adoptati Hebraicè, *Elim*, deorum fortium, id est, Patris, Filii, Spiritus sancti, quorum unusquisque verus, perfectus et omnipotens est Deus. Sed Sept. singulariter, ne suspensionem inducerent *solobim*; gentibus, quibus vertebant. Chald.: *Inter choros angelorum*. Sela.

VERS. 9. — QUI GLORIFICATER IN CONCILIIIS, Hebraicè, qui pavendus est in concilio et arcano sanctorum (id est, angelorum) multum *sod*, et eorum, et arcanum sive consilium. TERRIBILIS, formidabilis, verendus, admirandus, apud omnes angelus se circumstantes. Nam utuntur variè præp. *super*. Reverendus spiritibus circum se positus; vel *super omnes*, ultra omnes spirituum choros. Scriptura circumquaque Deum sanctis mentibus tanquam ministris coronatum cinetumque induci, ad imperii ejus majestatem humano more exprimendam.

VERS. 10. — ET VERITAS TUA IN CIRCUITU TEO. Circum te est veritas, ut tibi perpetuò sit ante oculos, in prompta, ut nunquam tibi excedat, ut nunquam fallas. Non solum es potentissimus, sed etiam veracissimus, ipsaque veritate cingeris. Omnia verissima sunt apud te et circum te. Undecumque stas promissis, ut res accidat.

VERS. 11. — TU DOMINARIS POTESTATI MARIS. Potentia Dei argumenta et exempla multa affert. POTESTATI, elationi, superbæ, *fero* et superbo impetui maris. Aludii ad eludes Ægyptiacas.

VERS. 12. — TU HUMILIASTI SICUT VULNERATUM SUPERBUM (1), Pharaonem vel Sataam. Hebraicè, *Rahab*, id est, Ægyptum, ut supra Psal. 86, v. 4. Etiam arroganter tam facile perdidisti, quàm facile homo conficitur, qui est vulneratus et sauciatus lethaliter. Vox *Halal* vulneratum lethaliter designat. VIRTUTIS, fortitudinis, ut v. 18.

VERS. 13. — ORBEM TERRÆ ET PLENITUDINEM EJUS, quicquid eâ continetur. ET MARE, et maria prop. Nam Septuaginta legunt *iammin*, per daghes; pluralia enim sæpè per nun, more *Samaco*, ut *Cherubin* et *Cherubim*.

(1) *Contrivisti, sicut confossum* et omnibus viribus jam destitutum, h. e., sine ullo labore aut negotio, conf. Ps. 88, 6, Thren. 2, 12. *Superbum* de superbis hostibus in genere aliqui h. l. sunt interpretati. Sed quia Ps. 87, 4, et Isa. 30, 7, nomine illo Ægyptus significatur, Chaldaicus nostra verba hoc modo explicavit: Tu contrivisti, sicut occisum gladio, *superbum*, qui est Pharaon impius. Neque hoc proorsus est repudiandum; nam quim versus qui præcessit, dominatus Dei in mari memisset, potuit hæc occasione eladem istam Ægyptiorum in sinu Arabico et omnium maximum metorabile documentum dominatus hujus attestare. Quod sequitur, *brachio roboris tui*, robore potentia; tæ, *dissipasti hostes tuos, Ægyptiacos* esse potest, si ad Ægyptum referatur, vidit enim populus Israeliticus Ægyptios jacentes in litore mortuos, à mari ejectos, vel etiam generatim, ad omnes hostes Jovæ et populi ejus, quos confect. (Rosenmuller.)

Sic appellat australem mundi partem, in quâ est locus oceanii proprius. Quin et mare Rubrum ab austro Palestinae pro meridionali mundi parte. Vide Psal. 106, v. 4. Quibus locis respicitur ad id quod cosmographi notant in septentrionali hemispherio (sæ terrarum apertionem et habitationem, in australi oceani et Marium diffusionem ac locum. Masoretæ legunt non *iammin*, sed *iamin*, id est, et *dexteram*, eodem sensu. Nam rabbini postea moment dexteram hic designare austrum. Quoniam Hebræis ad orientem solem faciem vertentibus, anterior mundi pars dicitur oriens, occidentis posterior, meridies dextera, septentrio sinistra. Sec ehm etiam infra, Psal. 166, v. 4, et aliis locis, mare pro meridionali plagâ sumatur, quid opus est aliam metaphoram querere?

VERS. 14. — THABOR ET HERMON IN NOMINE TEO EXULTABUNT, occidentis et oriens. Innuat extremarum gentium conversionem. Nam hi duo montes Galilæe siti sunt ad has duas terræ sanctæ partes, Thabor ad occasum, Hermon ad ortum, ut et Chaldaeus notat. Fortassè autem respicit ad miracula quæ in illis erant patranda à Domino. In Thabor enim Christus est transfiguratus, in Hermon quinque panibus et duobus piscibus multa hominum millia pavit. TUUM BRACHIUM EST CUM POTENTIA, TUUM BRACHIUM EST POTENS ET ROBORE PRÆDITUM, adeò ut miranda possit. Verbum substantivum est subintelligitur ritu linguae. Sic versu sequenti.

VERS. 15. — FIRMETUR MANUS, sinistra. Nomen generis supponit pro deteriore, in hæc lingua, q. d.: Tu polles utraq; manu. PRÆPARATIO, basis propriè, firmitas est tui solii. Solum tuum firmatur justitiâ et æquitate; misericordia autem et veritas sunt velut præcursores tui et satellites, perpetuò parati ad rerum tuarum administrationem et procuracionem. Appellat præcedere, paratum esse ad aliquod, Kimbi è Deut. 23. Observa autem qualior præcipuas Ieroni Dei columnas. *Timeam*, inquit Augustinus, *justitiâ* et *judicium*, nisi *misericordia* et *veritas* promissionum me *consolarentur*.

VERS. 16. — PRÆCEDENT FACIEM TUAM, ante oculos præstò sunt. Ante te incedunt in rebus agendis et administrandis; cum his proprietatibus te geris erga mortales. JUBILATIONEM, laudum tuarum scilicet. Qui scit jubilarè laudes tuas, qui novit hæc tua miranda facta et virtutes canere et personare, qui scit psalmodiam, qui delectatur diviniæ laudationibus, qui novit concinere Dei victorias cum jubilatione et clangore. Kimbi, quòd vox *clangorem* sonet mavult esse allusum ad illud Numerorum 23, 2: *Dominus Deus ejus cum eo est, et clangor victoriae regis in illo*, in hæc sententiam: Beatus ille populus qui novit Dei clangorem, qui ejus sonitum agnoscit, eumque ab hostili discernit, qui Deum audit buccinantem victoriam (1).

(1) BEATUS POPULUS, QUI SCIT JUBILATIONEM. Beatus, inquit, populus, qui hæc intelligit, et verâ solidâque lætitiâ fruatur, quam parit hæc præstantissima Dei cognitio. Sed verbum Hebræum, quod Latinus interpret reddi-

VERS. 17. — IN LUMINE VULTUS TUI AMBULABUNT. favore et gratiâ. Favorem et bonitatem tuam sentiant. IN JUSTITIA TUA, quâ eos justificabis.

dit, jubilationem, significat clangorem tubarum; itaque non illi s.e. explanant hunc locum, beatum esse populum, qui intelligit Deum apud se versari. Videtur autem imitatus Moysen, qui in N. meris, de populo Dei loquens, ait: *Domine is Deus ejus cum eo est. et clangor regis cum illo;* sic enim legendum est ex Hebræo; itaque ut Moyses, cum significare vellet Deum apud Hebræos esse, dixit clangorem regis cum ei esse; ita vir sanctus hoc loco, cum dicere velit beatum esse populum, qui intelligit Deum apud se versari, qui tam potens, iam justus, tam misericors, tam verax est, dicit: *Beatus populus, qui scit clangorem.* Hec orationis exornati sumpta est ex historia; nam cum Deus è cælo descendisset ad ferendas leges Hebræis, præsentiam suam buccinarum cantu declaravit: solent enim vates sancti orationis ornamenta ex historicis et rebus gestis. effigere, ut est illud Davidis; *Ignis, et sulphur, et spiritus procellarum pars calcis eorum;* et illud: *Holo cautam tuam in cinerem convertit;* item illud: *Abscudit me in tabernaculo suo,* de quibus verborum figuris, suis locis explicavimus. Sed quis populus hunc clangorem audit, et cognoscit? ille nimirum, qui Deum pro certo habens sibi semper adesse, in illius præsidio et tutela securus et letus conquestus. Hunc populum vir sanctus beatum appellat, et talem esse demonstrat, subiungens: *Domine, in lumine vultus tui ambulabunt.* Felices, inquit, et verè fortunati, qui te, Domine, propitium et præsentem habent; semper illis per has tenebras et viae vitæ difficiles ingredientibus splendor tui spiritus clarissimum lumen ostendit, atque in animis eorum tam ardentes amores excitat omnium virtutum, ut nihil eis jactu diuis, nihil ambigulus videatur, quàm pios, justè ac temperate vivere; neque tam in isti virtutes sus admirantur, aut gaudent in seipsis, sed omnis eorum admiratio et letitia in nominis tui cognitione versatur, et meritò quidam; neque enim sua justitiâ extollunt, sed tuâ; tuâ, inquam, justitiâ jacentes, et abjectos erigit, atque ad altissimum gradum dignitatis extollit; omnia illorum peccata delens, merces et voluntas sanas, conscientias letas et tranquillitas reddens, Spiritu Sancto, regno cælesti et vitâ sempiternâ donans; itaque quòd cupiditates temerarias coarcent, quòd timores omnes et omnes sollicitudines pellant, quòd neque rerum adversarum ictibus franguntur, neque opugnationibus humanæ sapi uti de gradu pietatis deiciuntur, totum id referunt acceptum misericordie tue, que animos piorum ita corroborat et confirmat, ut eorum virtutem excelso et illustri loco sitam, nulli neque hominum, neque diaboli labeffectare possit improbitas. Sed cur Dominus tam benevolus et liberalis est adversus homines pios? quia regem et clypeum illorum charissimum habet is Christus, ad cuius tutelam et regnum pertinent homines sancti omnium seculorum. Hos Deus propter Christum suum ab omni æternitate sibi filios adoptavit; quos autem, antequàm nascerentur, adoptavit, hos in lucem editos ad pietatem vocat, vocatisque justitiam primùm, deinde vitam immortalẽ donat. Itaque si quis omnis memorie pios interroget, cur habuerint, atque in perpetuum habituri sint Deum faventem et propitium, sine dubio respondeant quia Dominus est clypeus noster, et sancti Israelis rex noster; quòd si quis extra tutelam et regnum Christi est, is neque Deo charus, neque salvus esse potest, id que ita esse, populus Dei semper sentit, ut auctor est divus Petrus in Actis Apostolorum. Sed nonnulli existimant ipsum Davidem, clypeum populi et regem appellari; quorum sententia non probanda sit, hanc equidem scio, cum præsertim hoc carmen scriptum sit pro posteris Davidis, qui, amisso regno, in maximis calamitatibus versabantur; quòd si intelligatur ille versus eo modo quo nos interpretati sumus, omnia plana et perspicua existunt. (Flaminius.)

VERS. 18. — ET IN BENEPLACITO, in benevolentia, bonâ voluntate. CORNU NOSTRUM, nostrum robur, vel decus et excellentia. Metaph.: Tuâ benevolentia et favore nostrum imperium erit gloriosum.

VERS. 19. — QUIA DOMINI EST ASSUMPTIO NOSTRA (1), defensio nostri, protectio, quâ nos tuetur ac defendit. Quia Dominus, quia Sanctus Israel rex noster non protegit. Unde Hebræicè: *Clypeus noster.* Et sancti Israel regis nostri, supple per zeugma, est nostra assumptio et defensio: ut regis nostri, construat per appositionem cum sancti Israel, q. d.: Rex noster, sanctus videlicet Israel, non assumit et tuetur. Sic autem Deus appellatur, quia ejus sanctimonie est auctor, causa et fons. Vulgò vertitur: *Rex noster.* Sancti Dei Israel est rex noster, regis nostri tutela, et defensio est penes Deum sanctificantem Israel. Sed retineri etiam potest hic sensus in genitivo, solo nomine repetito per zeugma: Et sancti Israel (est) regis nostri assumptio; quia sanctus Israel Deus regem nostrum tuetur ac defendit; quia sanctus Israel est tutela et præsidium regis nostri, ut ejus sedem et familiam non sinat extingui, quousque exhibeat nobis promissum Messiam. Mutat autem personam secum iam in tertiam; nam fuerat dicendum: Quia tu, ô Domine, est assumptio nostra, et ô sancte Israel rex noster.

VERS. 20. — TUNC LOCUTUS ES IN VISIONE (2). Proluxa

(1) Nam Jovæ est clypeus noster, et sancto Israelis rex noster, quod aliqui sic intelligunt: Jovæ est protector et rex noster, ut 7 sit nominativus nota, ut Isa. 52, 1, et 1 Par. 3, 2, coll. 2 Sam. 3, 5, ad imitationem Æthiopicæ dialecti. Aben-Esra verò et Kimchi putant idem significari priori hemistichio ac posteriore, et per clypeum regem intelligendum esse, sicut Ps. 47, 10, reges et principes scuta terre vocantur. Itaque hæc sententia est hujus versûs, et quæ rationem continet posterioris oris meum præcedentis versiculi; rex quippe noster Dei jussu et voluntate electus est, David videlicet, Salomon, eorumque successores in regno Judæ; quidam ergo speramus te, ubi visum fuerit, pristinas vires redditurum nosque regno restitutum? Dei est rex noster, igitur feliciter ac prosperè agel, quoties Deo visum fuerit. (Rosemuller.)

(2) Oritur hoc loco gravis questio, an hæc verba et sequentia debeant exponi de Davide, an de Christo, an partim de Davide, partim de Christo? S. Augustinus exponit omnia de Christo; sed repugnat huic expositioni quòd Apostolus, Act. 15, exponit de ipso Davide illa verba: *Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum,* quæ verba sumpta sunt partim ex hoc loco, partim ex libr. 1 Reg., cap. 13. Præterea, quòd dicit infra: *Et ponam in seculum seculi semen ejus, non videtur ad litteram convenire Christo, qui propriè non reliquit semen, id est, filios; sed optinè conveniunt Davidi, cui Deus promisit, 2 Reg. 7, quòd post mortem ejus poneret de semine ipsius in throno regni, et Regnum per ipsam semen æternum esset.* Alii ex omni omnia de Davide in persona sua; sed repugnant huic expositioni illa verba: *Ego primogenitum ponam eum, excelsum præ regibus terre, et alia multa, ut infra demonstrabimus.* Euthymius exponit partim de Davide, partim de Christo; sed huic expositioni repugnat continuatio verborum: omnia enim verba incuncta sunt et continua, ut ad eandem pertineant. Existimo igitur omnia exponenda esse ad litteram de Davide, sed implenda magnâ ex parte per Christum, ita ut dicatur David primogenitus Dei, et excelsus præ regibus terre, non in se, sed in Christo filio suo, et hæc videtur esse Theodorici sententia.

præfationi suam jam subjungit querimoniam, Deum inquantem inducens, usque ad versum trigessimum octavum. Tunc, quando assumpsit nos vel etiam regem nostrum, suoque præsidio munivit. Vel redit ad promissionem juramento stabilitam vers. 5, quasi dicat: Tunc olim sanctis tuis prophetis locutus es, et per eos promissisti te adiuturum Davidem, additurum ei robur, et effecturum potentiorum. Quæ hic Davidi promittuntur, ad Christum maxime successorem Davidis sunt referenda. Sanctos interpretantur Rabbinii Samuel et Nathan 2 Reg. 7, v. 8; ego in genere omnes prophetas qui de Christo talia sunt vaticinati. In visione, in prophetiâ, per propheticum afflatus. POTENTEM, ELECTUM, Davidem per anticipationem, qui postea fuit potens et electus, ut regnaret, has promissiones acciperet. Vel, ut potens et electus: Constitui Davidem potentem et fortem, ut auxilium ferat populo meo. DE PLEBE MEA. Quia *mea* in Hebræo desideratur, alicui interpretantur: Exaltavi electum meum (Davidem) de plebis facie, de loco humillimo, ad celsissimum regni fastigium. Malo: De medio plebis meæ, reliquis præteritis, ut attingatur electionis mysterium.

VERS. 21. — OLEO SANCTO MEO UNXI EUM, oleo olivæ succis et odoribus myrrhæ primæ, cinnamomi, calami odorati, cassiæ aromaticæ imbuto. Hæc enim inter se quâdam temperatione miscbantur ad sacerdotum præsertim summorum unctiones Exod. 30, 23, 24; unde illic appellatur oleum unctionis sanctæ. SACRO MEO, per Mosis benedictionem et consecrationem à me sive mihi sanctificato, vel oleo per divinas preces Samuelis sanctificato et consecrato, ut non sit

Sed si hoc non placeat, adherendum erit omnino sententiæ S. Augustini, quod enim omnia dicuntur de Davide in personâ propriâ, Judaicus error est. Tunc, inquit, quando assumpseras populum Israel in populum peculiarem, providisti etiam ei regem peculiarem tibi placitum: nam locutus es in visione, sive, revelatione sanctis tuis prophetis, videlicet Samueli primo, et postea Nathan, ut intelligi potest ex lib. I Reg. 16, et lib. 2, c. 7: *Et dixisti: Posui adiuturum in potente*, id est, posui, sive, constitui auxilium populo meo in homine robusto et forti corpore et animo, qui facile poterit liberare populum ab omnibus hostibus ejus. *Et exaltavi electum de plebe meâ*, id est, constitui adiuturum populo meo in viro potente, quia exaltavi in regem, et protectorem, ac defensorem populi hominem electum à me de omni plebe meâ. S. August. hæc etiam exponit de Christo, qui propriè potentissimus fuit, et electus, ac dilectus præ omnibus. In Græco pro sanctis tuis, habetur, *τοῖς ἁγίοις σου, filiis tuis*, sed S. Hieronymus in epist. ad Suniam et Fretiliam, dicit omnes interpretes vertisse, *sanctis tuis*, ut habetur in Hebræo, *lechussidecha*, excepto auctore sextæ editionis, quæ habet, *prophetis tuis*, et auctore communitis editionis, quæ habet, *filiis tuis*. Theodoretus tamen scribit, Symmachum vertisse, *filiis tuis*; sed in sensu nulla est diversitas; idem enim et prophete et filii Dei et sa. cti dici possunt. (Bellarmius.)

Tunc, quando fœdus pepigisti Davidi, v. 4. Dixisti in viso, intelligitur celebre illud promissum Davidi per Nathan cum communicatum, 2 Sam. 7, 4, seqq., quod ipsum, v. 17 ejus cap. *visura* vocatur; et prophete appellatur *videns*, quod per visa eis voluntatem suam explicare soleret Deus, et per visa eis loqueretur. (Rosenmüller.)

illud Mosaicum, sed aliud ad imitationem Mosaici confectum atque consecratum. Quod exemplum transit ad omnes posteros, qui proinde appellabantur Messias, id est, uncti. Quin etiam ad hæreticos, ut ad Jehu regem Israel, et ad idololatrias, ut ad Azaclem regem Syriæ, ad omnis religionis reges discant se esse duntaxat vicarios ministrosve illius regis qui propriè est unctus, id est, Christus, sive, Messias. MEO, mihi consecrato, R. Mose Nahmanides. Vel, à me: nam Deus est propriè qui sanctificat, homo qui ministerium exhibet. UNXI EUM. Si de ipsomet oleo Mosaico intelligas, id Davidi per quamdam dispensationem contingit. Nam disertè Deus cœverat penâ excidii, ne quis alienus (à familiâ Aaroni) isto inungeretur, Exod. 30, v. 33. Videtur autem dispensatum Samuelis et prophetarum illius seculi consilio cum regibus familiæ Davidicæ in Christi Domini ex eâ orturi gratiam, cuius spiritualis et divinæ unctionis hæc exterior typus fuit. Unde de hoc sacro oleo multa Rabbinii tradunt diligenter observando: primum fuisse cabalam apud Israelitas, ut illo inungeretur etiam David et ipsius posteritas, non autem reges alii. *Et ita*, inquit, Abenezra, *neesse est Mosem interpretari, quoniam Sadoc ex oleo unctionis accepisse legitur in tabernaculo fœderis conservato, ut Salomonem inungeret*, 3 Reg. 4, v. 39. Secundò unctionem enim factam formâ X Græcorum, sive crucis Burgundæ et decussate. Solus R. Selomo excipit reges. Nam eos tradit inauguratos, non *σεκρποδοῖς*, sed in modum coronæ, nempe quia non ungebantur ut eorum majestas esset sacra, qualis est pontificum; sed politica, profana, civilis et humana, ne sibi illi titulum, aut jus sacerdotii arrogare possent, nedum rerum sacrarum curam vel administrationem. Tertio è Talmudicis in principio tractatûs *Keritoh*, sive de Exclusionibus, per modum miraculi durasse usque ad captivitatem Babilonicam, et citra diminutionem sufficisse inaugurandis pontificibus et regibus per annos nongentos, quali prodigio apud nos ampulla divinitus allata ad consecrandos reges nostros Francicos etiam hodiè post mille octoginta septem annos suggerit Rhemis sanctum chrisma. Quartò Saüllem quidem fuisse unctum, sed oleo per Samuellem ex tempore, non per Mosem olim consecrato. Sic post captivitatem, pontifices oleo duntaxat ad Mosaicam compositionem et ritum renovato, lege R. Levi, v. 57, Exod. 30.

VERS. 22. — MANUS ENIM MEA AUXILIABITUR, firma erit cum eo, ne quis eum lædat. CONFORTABIT, roborabit, ut prævaleat hostibus, muniet adversus hostes. Manus et brachium, omnipotentia Dei et opitulatio.

VERS. 23. — NIHIL PROFICIET, Hebræicè, *loischi*, non exigit. Non erit quasi exactor et fenerator, ut rapiat ejus facultates. Kimhi: q. d.: Ipse nemini subicietur, in nullis veniet potestatem, ut ei sit exactio et prædæ. Nam exigitur à subditis. FILIUS INQUITATIS, homines iniqui et impij non affligent, neque vexabunt eum.

VERS. 24. — ET CONCIDAM, et contendam, conteram, detebo funditibus ante eum.

VERS. 25. — CORNU EJUS, excellentia et eminentia,

vel robur. Nam cornu in animalibus eminet, item robur eorum est in cornibus; nisi malis esse epithetum Christi, de quo Zacharias, Luc. 1, v. 69: *Exerit cornu salutis nobis in domo David pueri sui*. Nam deinceps quæ sequuntur ad eum propriè pertinent.

VERS. 26. — ET PONAM IN MARI MANUM EIUS (1). Ejus potentiam et imperium extendam à mari Mediterræno usque ad Euphratem, vel potius extremos terræ fluvios. Nam pluraliter loquitur, et hoc de regno Christi, non Davidis intelligatur. Subjiciam ei insulares, maritimos et mediterræneos. MANUM, sinistram ut supra, vers. 15, cui mox opponit dexteram. Ultramque autem habet pro symbolo potentis et dominis. Quia et gestum exprimit extendentis et exporrigentis in diversam manus, ut opposita apprehendat.

VERS. 27. — PATER MEUS ES TU, ratione divinitatis. Genitor meus, ut à quo habuerim divinam substantiam. Judei autem, conditor meus, quia non fatentur suum Christum Patri consubstantialem. DEUS MEUS, ratione humane nature. SUSCEPTOR, defensor, propugnator. Hebraicè *tsur*, i. e., petra, fortitudo.

VERS. 28. — ET EGO PRIMOGENITUM (2), primum et

(1) Chaldæus hunc versum sic reddidit: *Et ponam in terminis maris dominationem ejus, et in incolis fluviorum potentiam dexteræ ejus*. *Fluviorum* nomine *Euphrates* notatur, quàm limites regni promissi sicut Davidi ab ortu in occasum à mari Rubro usque ad mare occidentale, seu Palestinum, et septentrione ad meridiem, ab orâ deserti usque ad Euphratem, ut est Exod. 25, 31, Dent. 11, 24. Et Euphrates etiam aliàs *fluvius* nominatur, qui quùm in multos alveos scindatur, etiam *fluviorum* nomen non est inconsonaneum de hoc interpretari; aut simpliciter est enallage numerorum poetica. Aliqui et ad hunc, et ad Syriæ flumina referunt, quæ David in expeditionibus suis superavit; subegit enim Palestinos ad mare Palestinum, et Syros usque ad Euphratem, atque Mesopotamiam habuit tributariam, quæ est inter Euphratem et Tigrim, unde nomen habet Mesopotamiæ, q. d., interamnis, quæ et *Syriam fluvium*, 1 Chron. 19, 6, eodem modo appellârunt, ut *fluviorum* nomine h. l. intelligamus flumina terræ Euphratæ. Posset igitur sensus et hic esse: Et usque ad Euphratem et flumina vicina vel confinia. Aben-Ezra: « Quùm supra, § 10, dixisset Jovam dominum habere in fluctus maris, et jam dicit dedisse eum Davidi de potentia sua, ut dominaretur illis qui naves in mari et fluminibus itinerâ facerent. » (Rosenmuller.)

(2) Hic verò apertissimè de Christo Propheta loquitur; Christus enim, qui secundum divinitatem unigenitus est, secundum humanitatem primogenitus est inter multos fratres. Dicitur autem primogenitus tribus rationibus: primò, quia primus est in prædestinatione; in illo enim, *tanquam in capite nos prædestinavit Deus*, ut dicitur ad Ephes. 1; secundò, quia primus est in secundâ generatione ad vitam immortalè, unde dicitur *primogenitus ex mortuis*, Coloss. 1, et *primogenitus mortuorum*, Apoc. 1; denique, quoniam ipse habuit jura primogenitorum, *quem constituit Pater hæredem universorum*, Heb. 1. Nec solum posuit illum Pater, *primogenitum, sed etiam excelsum præ regibus terræ*, id est, principem regum terræ, et regem regum, ut exponit S. Joan. in Apoc. 1 et 19. Habetur in Hebræo vox, *hætion*, quod est unum ex nominibus Dei, et significat excelsum sive altissimum, nec facile invenitur tributum creaturis; hoc nomen habetur in Psal. 82: *Tu solus Altissimus in omni terrâ*, et in Ps 90: *Qui habitat in adjutorio Altissimi*. Sunt igitur omnes reges terræ subjecti Christo, uti regi altissimo,

præcipuum filiorum, principem inter filios, regem aliorum ut sit rex regum. Hinc *primogenitus omni creaturæ*, Coloss. 1, 15, 18; et *primogenitus ex mortuis*. Nam primogenito debebatur principatus inter fratres, Gen. 27, v. 20, Deuteron. 21, 17. Sic etiam aliquando simpliciter appellant quemlibet virum insignem, ceteris excellentiâ et gradu superantem. PRÆ REGIBUS. Significatur reges terrarum ei subjiciendos, Christus constitutus ad dexteram Patris eminet super omnem principatum, Eph. 1, v. 21, Col. 2, v. 10; Heb. excelsum regum, id est, excellentiorem regibus. Itaque rectè Septuag. usurparunt præpositionem *præ*. Nam comparativos Latinorum Hebræi representant per adjectivum cum genitivo constructum.

VERS. 29. — FIDELI IPSI, erit; meum fœdus ei firmum, certum et stabile manebit.

VERS. 30. — IN SECULUM SECCLI, Hebraicè, *lahad*, i. e., in perpetuitatem, ut et Symmachus; ex quo apparet Septuag. his duabus vocabulis solere uti pro periphrasi æternitatis, quæ nihil est aliud quàm seculorum omnium comprehensio. SICUT DIES CÆLI, thronum ejus perpetuum, quamdò cæli durabunt, constitutam. Dies enim cæli perennes, sic dicti, quòd à cælo ipso per solis cursum officii videantur, Euthymius. *Malo dies cælestes, quibus cæli duraturi sunt*.

VERS. 31. — SI AUTEM DERELIQUERINT, antipropheta, propter peccata, promissionem de Christo non fore irritam. Nam esse prophetiam prædestinationis, non conditionis qualis erat ad Saulem, à quo proinde propter peccata misericordiam suam abstulit.

VERS. 32. — JUSTITIAS MEAS, mea justa statuta et præcepta.

VERS. 33. — VISITABO IN VIRGA, castigatione paternâ, ut corrigam, non occidam. Disciplina et castigatio patris non inducit odium, neque tollit amorem et misericordiam erga filium, quæ proinde virga humana appellatur, 3 Reg. 7, v. 12. IN VERBERIBUS, plagis visitabo, ut bello, fame, peste, malarum bestiarum grassatione, Ezech. 14, 15.

VERS. 34. — MISERICORDIAM AUTEM MEAM, promissiones et factas misericorditer et gratis. NO DISPERGAM, Hebraicè, *lo aphâr*, non dissolvam, non interrumpam, non auferam. NEQUE NOCERO IN VERITATE MEA, non docebo veritatem meam, ei nihil decerpam, promisso meo injuriam non inferam. Hebraicè: Non mentiar in veritate meâ, id est, contra veritatem meam, sive mea promissionis fidem ei datam non fallam. Hæc solennis promissio non est hypothetica, vel ex suppositione, sed simplex et absoluta. Quicquid contigerit, promissio de futuro Christi benedicto semine implebitur, et ejus sedes nunquam abolebitur, licet peccatis in eâ multi Deum offendant.

quo nihil altius invenitur. At certè hæc de Davide vel Salomone nullo modo dici possunt, nisi ratione Christi, qui ab illis descendurus erat. Non solum enim non erant altissimi absolute, sed erant inferiores multis regibus terræ, ac præcipue regibus Assyrriorum, qui eo tempore monarchiam tenebant.

(Bellarmius.)

VERS. 35. - TESTAMENTUM MEUM (1), pactum cum eo initum solemniter. NON FACIAM IRRITA. Hebraicè, *loschaneh*, non mutabo, non variabo meas promissiones.

VERS. 36. — SEMEL (2), id est, irrevocabiliter. Gall. *Une fois pour toutes*, immobiliter, immutabiliter. IN

(1) Respondet objectioni quæ fieri potuisset, ac dicit quod si filii Davidis iram Domini malis suis operibus provocaverint, ipsos quidem peccantes corrigendo corripiet, non tamen irritum faciet quod iurejurando promisit. SI AUTEM DERELIQUERINT FILII EIUS, id est, Davidis posterius, legem meam, sive iudicalem, sive ceremonialem, sive moralem. ET IN IUDICIIS MEIS NON AMBULAVERINT, id est, si vel solam iudicalem legem sequi voluerint: *si iustitias meas profanaverint*, id est, si vel solam ceremoniale legem polluerint, ET MANDATA MEA NON CUSTODIERINT, id est, si vel solam moralem legem non observaverint. VISITABO IN VIRGA INIQUITATES EORUM, ET IN VERBERIBUS PECCATA EORUM, id est, non relinquam eorum scelera impunita, sed castigabo flagello. MISERICORDIAM AUTEM MEAM NON DISPERGAM AB EO, id est, non propter peccata filiorum removeo à patre beneficium quod misericorditer promisi; NEQUE NOCEBO IN VERITATE MEA, id est, neque offendam veritatem meam, quam utique offendere, eique nocere, si irritum facerem quod promisi. Illud, *nocere in veritate*, accipiendum est, pro nocere veritati. In Hebræo clarius habetur: *Velo aschuker bënnuathî* (neque mentiar contra veritatem meam). NEQUE PROFANABO TESTAMENTUM MEUM, id est, non polluiam pactum meum, illud non observando; ET QUÆ PROCEDUNT DE LABIIS MEIS NON FACIAM IRRITA, id est, non irritabo promissa mea. Hic duo sunt observanda: Unum est per filios Davidis intelligi posteros Davidis secundum carnem, si per Davidem accipiatur persona ipsa Davidis filii Jesse, et nos ad litteram accipimus: sui autem per Davidem intelligitur Christus, ut ad litteram intelligit sanctus Augustinus, et nos spiritualiter intelligi posse existimamus; tunc per filios Davidis accipiendus erit populus christianus, qui per baptismum in Christo regeneratur. Alterum est, ex hoc loco non esse colligendam filios Davidis, sive Iudæi, sive christiani sint, non posse perire in æternum, si mali sint, quemadmodum hæretici aliqui docuerunt; non enim dicit per Psalmistam Deus: *Misericordiam meam non dispergam ab eis*, sed: *Non dispergam ab eo*. Itaque si mali filii flagello paterno correpti corrigi voluerint, hereditatem non amittent, imò in gratiam instar filii prodigi amantissimè recipientur; sed si obstinate in malo perseveraverint, ipsi quidem ab hereditate paternâ excident; sed veritas Domini stabit, neque regnum Christi peribit; quoniam *potens est Deus de lapidibus suscitare filios Israel*, ut legitur apud Matth., cap. 3, quanquam qui præcogniti sunt et prædestinati in Christo ante mundi constitutionem, sine dubio ad finem usque in fide, spe et charitate perseverabunt.

(Bellarminus.)

(2) *Semel juravi per sanctitatem meam*. Aben Ezra: « Nomine *sanctitatem meam*, vel *caelos* intelligit, ut hæc verba respectum habeant ad gestum iurantium, qui sublatis ad caelum manibus eum fidei suæ testem perpetuò duraturum facerent (Deut. 32, 40, Genes. 14, 22); vel ipse *Deus* est intelligendus. *Vocula semel* vel significat, quòd nomen illud iusjurandum satis fuerit, vel hoc indicat, Deum aliàs nunquam per suam sanctitatem jurasse, sed illud solum et promissum de stirpis Davidicæ perennitate tam solemnè iusjurandi formula confirmasse. » SI DAVIDI MENTIAR, i. e., nequaquam mentiar. Particula *si*, iurejurando simpliciter adhibita, negat; tunc enim per apostrophen reticetur mali imprecatio, quod capiti suo accessit iurans, si fallat. Vid. Num. 14, 23, 1 Sam. 24, 22, Isa. 22, 14. Sic solent dicere Latini: *Si sciens falso*.

(Rosenmuller.)

SANCTO MEO, in mediâ Ecclesiâ, solemniter et publicè; vel potius, per meum Sanctum, per thronum meum, per caelum. Sic per thronum suum jurat, Exod. 17, v. ult.; per caelum autem in Deut. 4, v. 16, et 32, v. 40, et in Apocalypsi, 10, 5: *Levavi manum meam in caelum*. Et quia aliàs jurat per semetipsum, ut in Gen. 22, 16, aliqui interpretantur, per meam sanctitatem, id est, per memetipsum, qui sum sanctissimus, atque adeò sanctitatis omnis fons. Semel autem jurat quia est immutabilis. SI DAVID MENTIAR, habear mendax supp. aut quid simile. Formule iurandi in hæc lingua sunt eclipicæ, q. d.: Nequaquam Davidi mentiar, nequaquam eum fallam. Si pro *non*, Chrysostomus. SEMEN EIUS, *ze hu melech hammeschiah*, iste est rex Messias, inquit R. Anonymus.

VERS. 37. — ET THRONUS EIUS, SICUT SOL (1). Thronum Davidis vocat regiam ejus majestatem et potentiam in Ecclesiâ sive populo Dei vigentem, ejus hæreditas, auctoritas, jus est in Christo, ministerium in christianis pontificibus et regibus, ut docent Athanasius, sub finem Evangelii de Deiparâ, et Epiphanius, hæresi de Nazarenis, Nempè regnum Christi sive Ecclesie spirituale est et temporarium, in quo luxuri sint perpetuò reges et pontifices populum Dei tuentes et gubernantes, ut infra, vers. 44, ubi hanc sedem camet in terrâ collisam, id est, à Turcis, hæreticis et cæteris impiis illis in locis pro-tratam, in quibus isti christianum nomen, christianos reges et pontifices extinxerunt. Interim universè hoc Christi regnum etiam in terrâ erit perpetuum, id est, usque ad consummationem sæculi. Nam Ecclesia, in quâ regnat Christus per fidem et per suos ministros, reges scilicet christianos et pontifices, ed usque cum utrâque administrandi ratione perducatur, siquæ perpetuò erit visibilis. Neque enim unquam tota simul pedibus infidelium vel hæreticorum substernerit. Atque istud est quantum mundi regnum à Daniele, c. 2, v. 44, 45, prophetatum, quod et regnum cæli, et regnum sanctorum ab eodem dicitur, à Scholasticis regnum Ecclesie. SICUT SOL, in perpetuum durabit ut sol, aequè perpetuum erit ac sol. Item splendidissimus, clarissimus, pulcherrimus sicut sol, plena luna, et iris, plenus gloriæ et majestatis. Tam erit illustre regnum ejus coram me, quasi sol terram illustrans. Ad hunc sensum postremum Chald.: *Et solum ejus splendet, inquam sol coram me*. PERFECTA. Nostri construunt cum, *in æternum*: Thronus ejus erit sicut luna, quæ in æternum perfecta est et constituta. Quin et plerique nostrorum, *perfecta*, id est, plena, in plenilunio fulgens. Nam extra plenilunium diminuta dicitur et imperfecta, tum enim caret pleno lumine. Hebræi construunt eum *thronus*, sicut luna, stabilietur in æternum. ET TE-

Le Prophète n'entreprend pas de mesurer l'étendue de la colère de Dieu. *Qui pourra, dit-il, vous craindre assez, Seigneur, pour juger de votre colère?* Il y a dans ce sentiment une profondeur que l'esprit de l'homme ne peut pénétrer. Il semblerait que ce devrait être la colère divine qui fit naître la crainte; et cet homme inspiré de Dieu nous dit que c'est la crainte qui nous donne la connaissance de cette colère du Très-Haut, en sorte que celui qui craint le plus, entre plus profondément dans le mystère des vengeances célestes. C'est que la crainte résulte de la considération des grandeurs de Dieu, des droits qu'il a sur nous, de l'outrage que lui fait le péché; et de là on peut concevoir quelque chose des châtimens que le péché mérite, et de la manière dont Dieu se venge sur ceux qui l'ont commis.

Vérité terrible que celle-ci! L'homme n'est qu'un atôme devant Dieu; ses jours sont comme l'ombre qui passe, comme la fleur qui se fane, et cependant il est capable de recevoir les fléaux d'un Dieu vengeur. *Qui connaîtra la force de votre colère, dit le Prophète?* C'est cette force qui conserve l'homme pécheur pour le punir, qui le rend indestructible au milieu des châtimens, dont le moindre pourrait l'anéantir, si la

main de Dieu ne le soutenait. Les saints ne pourraient être élevés au degré d'intelligence qui leur est nécessaire pour contempler l'essence divine, si la force de Dieu ne leur communiquait une lumière dont nous ne pouvons nous former l'idée ici-bas; et les réprouvés ne pourraient survivre à leurs tourmens, si le bras du Tout-Puissant ne les maintenait dans cet état de souffrances qu'il ne nous est pas donné non plus de concevoir.

Demandons au Seigneur l'esprit de sagesse, pour ne point sortir de l'abîme immense de ses miséricordes et de sa justice. Occupons-nous de ce qu'il nous promet et de ce qu'il nous fait craindre. Faisons notre étude de l'état des saints et de l'état des réprouvés. Le Psalmiste demandait des prophètes pour être instruit des conseils de Dieu, des opérations de sa main, des effets terribles de sa colère. Jésus-Christ et ses disciples nous ont tout dit : Jésus-Christ est la *droite de Dieu*, comme la plupart des Pères l'entendent dans l'explication de ce psaume. Mettons-nous sous la direction de ce maître infailible. Il nous apprendra, dit S. Augustin, quels sont les véritables biens, et quels trésors de grâce l'Evangile nous a ouverts.

VERSET 15.

Il n'y a point de différence entre le texte et ses versions. Le texte présente néanmoins un mot qui mérite quelque attention : *Repentez-vous, Seigneur, à l'égard de vos serviteurs*. Cette même expression est employée dans l'Exode (c. 32, v. 12), lorsque Moïse conjure le Seigneur de faire grâce à son peuple, de ne pas exécuter la résolution où il paraissait être de l'exterminer. On conçoit assez qu'il faut prendre ces manières de parler, non dans le sens précis et rigoureux qu'elles présentent. Dieu n'est susceptible ni de colère ni de repentir; mais l'Ecriture se sert, en parlant de lui, des termes reçus parmi les hommes. Notre version dit tout ce qu'il faut dire : *Rendez-vous propice à l'égard de vos serviteurs*.

Au reste, si Moïse est l'auteur de ce psaume, il signale ici sa charité et son désintéressement en faveur de son peuple. Il savait quelle était sa destinée personnelle, et que jamais il n'entrerait dans la terre promise; mais l'intérêt de toute la nation le touche et il demande pour elle l'effet des promesses de Dieu.

RÉFLEXIONS.

Si Moïse fût entré dans la terre promise, on aurait pu croire que c'était là toute la récompense de ses vertus, et que Dieu n'avait rien de plus à lui donner. L'éloge que fait de lui l'Ecriture qui l'appelle tant de fois *serviteur de Dieu*, les traverses qu'il essuya pendant toute sa vie, et la privation du plus grand bonheur que Dieu eût promis pour cette vie à Israël, forment une sorte de démonstration en faveur du dogme de la vie future et de la récompense destinée aux justes après leur mort. Je sais que ce dogme est prouvé par une infinité d'autres raisons, et qu'il n'est rien de mieux établi dans les saints livres; mais en ne se servant même que de cet exemple pour convaincre un Sadducéen, que pouvait-il imaginer contre ce raisonnement? Vous regardez Moïse comme l'ami de Dieu, vous savez quelles ont été ses vertus et ses traverses : quelle récompense Dieu lui a-t-il donnée à la fin de sa carrière? Bien loin de couronner son mérite, il l'enleva sur le point d'entrer dans la terre promise. A quoi lui servait donc une conduite si sage, si fidèle, si soumise aux ordres de Dieu? Il a péri, selon vous, tout entier aussi bien que Pharaon, que Loré, Dathan et Abiron, que tant de murmureurs et d'ingrats frappés de la main du Très-Haut. Où est la justice que vous reconnaissez en Dieu? Il y a encore aujourd'hui jus que dans le christianisme quantité de Sadducéens, c'est-à-dire, d'incrédulités qui nient la vie future. Que peuvent-ils répondre à ce même argument, quand on l'applique aux justes qui vivent dans la tribulation, et qui meurent dans la misère? Il faut que ces hommes aveugles nient l'existence d'un Dieu, d'une loi natu-

relle, qu'ils nient l'existence de la distinction du bien et du mal, ou qu'ils avouent qu'il n'y a ni liaison ni conséquences dans leurs principes.

VERSETS 16, 17.

Seon l'Hebreu, ces deux versets devraient être traduits à l'impératif et au futur : *Remplissez-vous de votre miséricorde, nous ferons éclater notre joie... Comblez-vous d'allégresse à la place des jours d'humiliation et des années de misère que nous avons essayées.* Mais il y a un très-beau sens dans nos versions, qui d'ailleurs ne contredisent point le texte. Le Prophète avait imploré la clémence du Seigneur; et il énonce sur le champ les effets de cette protection divine, soit qu'il les éprouvât aussitôt après sa prière, soit qu'il les pressentit par un effet prophétique. Il y a comme trois degrés dans la grâce que demande ou qu'éprouve le Prophète; elle est donnée avec abondance, elle rend le calme et l'allégresse, elle fait oublier tous les maux dont on a été accablé jusqu'alors.

RÉFLEXIONS.

Il peut y avoir trois points de vue dans la prière ou dans la prophétie du Psalmiste : 1° le désir de procurer à son peuple le repos après lequel il soupirait durant son séjour dans le désert; 2° le désir de voir paraître le Messie qui seul pouvait adoucir les maux du genre humain; 3° le désir de posséder Dieu dans la céleste patrie. De quelque manière qu'on l'entende, il nous apprend que Dieu seul peut consoler l'homme dans les tribulations. Quand sa grâce se fait sentir à nous, c'est comme l'aurore qui annonce un beau jour. Mais il ne faut pas compter en cette vie sur la plénitude dont parle le Prophète; et il importe, dit saint Augustin, que nous ne soyons point rassasiés dans cette terre d'exil. *Nos desirs ne doivent pas s'arrêter dans le chemin; ils doivent croître jusqu'au terme, jusqu'à ce jour qui comprend tous les jours, parce que c'est l'éternité.*

1. *Laus canticis David. XC.*

Hebr. XCI.

2. Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei caeli commorabitur.

3. Dicit Domino : susceptor meus es tu, et refugium meum : Deus meus, sperabo in eum.

4. Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, et à verbo aspero.

5. Scapulis suis obumbrabit tibi, et sub pennis ejus sperabis.

6. Scuto circumdabit te veritas ejus : non timebis à timore nocturno.

7. A sagittà volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu, et à daemonio meridiano.

8. Cadent à latere tuo mille, et decem millia à dextris tuis : ad te autem non appropinquabit.

9. Verumtamen oculis tuis considerabis, et retributionem peccatorum videbis.

10. Quoniam tu es, Domine, spes mea, altissimum posuisti refugium tuum.

11. Non accedet ad te malum, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

12. Quoniam angelis tuis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis.

13. In manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

14. Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem.

VERSETS 18, 19.

La fin de ce dernier verset est dans l'Hebreu et dans la Vulgate, non dans les LXX du Vatican. Plusieurs hébraïsants mêmes, et le P. Houbigant entre autres, la regardent comme inutile, parce que le Prophète ayant dit : Seigneur, conduisez les œuvres de nos mains; il paraît superflu d'ajouter, conduisez l'œuvre de nos mains. Nous n'en jugeons pas ainsi. Le Prophète a pu demander que Dieu dirigeât les œuvres considérées comme en détail, et ensuite que le résultat entier fût sous la direction entière de Dieu; ou bien il a pu prier pour les œuvres des particuliers de sa nation, et ensuite pour la conduite de la nation prise en total.

Il y a, pour ces deux versets, quelques différences dans le texte : *Que votre œuvre paraisse sur vos serviteurs, et votre gloire sur leurs enfants; que la beauté, ou la majesté du Seigneur notre Dieu soit sur nous, etc.* Il n'y a guère que les points, inconnus aux LXX, qui causent cette diversité, laquelle au fond est peu de chose, comme il est aisé de le reconnaître, en comparant les deux leçons. C'est de part et d'autre une prière pour obtenir la protection, la lumière divine, tant sur les pères que sur les enfants.

RÉFLEXIONS.

Il y a deux choses bien remarquables dans ce psaume : 1° l'étendue et l'importance des vérités qu'il contient; 2° la multitude des différences qu'on observe entre le texte et les versions : différences au reste qui toutes sont au profit des lecteurs, puisque toutes forment des sens admirables. Je crois qu'après l'avoir lu et médité, on doit se dire à soi-même : Qui suis-je en la présence de l'Eternel, et qu'est-ce que l'Eternel comparé avec toutes les créatures? Que suis-je, si Dieu ne m'éclaire de sa splendeur, et s'il ne dirige toutes mes œuvres? Qu'ai-je fait en m'écartant des sentiers de la justice, et à quoi dois-je m'attendre si je n'implore pas la protection divine pour y rentrer?

PSAUME XC.

1. Celui qui ne compte que sur le secours du Très-Haut, habitiera tranquillement sous la protection du Seigneur qui règne dans le ciel.

2. Il dira au Seigneur : Vous êtes mon protecteur et mon asile : c'est mon Dieu, j'espérerai en lui.

3. Parce qu'il m'a délivré des pièges de ceux qui me poursuivaient, et de la persécution des langues empoisonnées.

4. Il vous couvrira de son ombre, et vous espérerez sous la protection de ses ailes.

5. Sa vérité vous environnera comme d'un bouclier : vous ne serez troublé ni par des frayeurs nocturnes,

6. Ni par les flèches décochées pendant le jour, ni par les affaires qu'on vous suscitara dans les ténèbres, ni par les assauts des démons du midi.

7. Mille ennemis tomberont à votre gauche, et dix mille à votre droite; et nul d'entre eux n'osera vous approcher.

8. Ils auront voulu vous nuire, mais vous jetterez les yeux de toutes parts, et vous verrez quel est le châtimement des impies.

9. C'est parce que (vous avez dit), Seigneur, vous êtes mon espérance; c'est parce que vous avez placé votre asile dans le Très-Haut.

10. Le mal n'approchera point de vous, et les fléaux seront éloignés de votre demeure.

11. Car il a ordonné à ses anges de prendre soin de vous, et de vous garder dans toutes vos démarches.

12. Ils vous porteront dans leurs mains, pour que vos pieds ne heurtent point contre la pierre.

13. Vous marcherez sur l'aspic et le basilic, et vous foulerez aux pieds le lion et le dragon.

15. Quoniam in me speravit, liberabo eum : protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

16. Clamavit ad me, et exaudiam eum : cum ipso sum in tribulatione; eripiam eum, et glorificabo eum.

17. Longitudine dierum, replebo eum, et ostendam illi salutarem meum.

14. Parce qu'il a espéré en moi, je le délivrerai : je le protégerai, parce qu'il a connu mon nom.

15. Il m'invoquera à grands cris, et je l'exaucerai : je serai avec lui dans la tribulation, je le délivrerai, et je le glorifierai.

16. Je lui accorderai de longs jours, et je lui ferai voir le Sauveur que je lui ai promis.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — LAUS CANTICI DAVID (4). Hæc non ha-

(1) Docet vates quàm tutus vivat ab omni malo is, qui se totum firmâ fiduciâ Deo credit custodiendum in omnibus omnis generis periculis, et se suaque omnia ei committit et permittit. Aliqui ad pestilentiam versu sexto mentionem ita accommodant omnia, quasi tempore eo quo grassata hæc fuit in populum, Deo immitente (propter superbam curiositatem Davidis, qui eum numeraverat), et contra eam factus sit Psalmus. Quia verò disertè opponuntur per totum carmen fraus, vis; nocturnum, diurnum; tenebræ, merides; occultum, manifestum; magis haud dubiè concinnum, de periculis omnibus omnium in vitâ temporum, adversus quæ universa tuti præstantur qui sese Deo credant, Psalmum interpretari. Quamvis autem eis qui certarum calamitatum tempore Psalmum factum existiment, non admodum repugnaverim, tamen, quia etiam sine inquisitione temporis et occasionis quâ scriptum sit, intelligi carmen potest, de his minis laborandum censeo. Cæterum monendum et hoc, personarum enallages esse in hoc Psalmo frequentiores, quàm in ullo alio, quæ et in unius versûs (veluti 9) diversis membris variant. J. D. Michaelis quidem duos per omnem Psalmum sibi respondere choros existimat, alterum Deo confidendum in adversis, alterum hos ad spem erigentium, eorumque admirantium felicitatem. Prior chorus loqui ei videtur vers. 1 et 2, secundus respondere vers. 3, 8, denuò loqui primus in primo vers. 9, hemistichio, atque inde usque ad finem vers. 13, secundus; tandem autem Deus interlocutor venire. (Rosenmuller.)

Argumentum Psalmi est cohortatio ad fiduciam in Dei auxilio firmissimè collocandam. Id enim in principio ponitur, et per totum Psalmum variis rationibus confirmatur. Forma Psalmi est dramatica : nunc enim loquitur Propheta, nunc homo justus, nunc ipse Deus. Psalmus est plenus metaphoris, et idèò non minis elegans, quàm difficilis. Quàm verò sit utilis, et ad mores formandos accommodatus, vel ex eo cognosci potest, quòd ex vetusto Ecclesie instituto, quotidie in divino officio frequentatur; idque ad initium noctis, ut Deo protegente, nocturna pericula, hoc armati clypeo propulemus. (Bellarminus.)

Dubitarum quis hujus Psalmi sit auctor. Plerique Hebræorum, quorum est Ezra, dubius tamen, sentiunt hunc quoque et sequentes novem usque ad 101, qui habet in titulo, *Davidis Psalmus*, esse Mosis, quòd scilicet alterius nomen auctoris non legatur in titulis, ita ut præcedens, et qui interjecti sunt ad 101 usque, ejusdem videantur esse auctoris. Verum non esse novem Psalmos, qui sequuntur, ipsis Mosis, mihi videor hæc unâ ratione demonstrare posse. Psalmo abhinc octavo, qui est 99, interque eos qui Mosis à nonnullis Hebræorum triluuntur, versu 6, Samuelis fit mentio, qui multos annos post Mosen vixit. Ergo saltem iste Psalmus non est Mosis. Nihil addendum esset præterea. Verùm hoc addam tamen, Psalmum hunc à Chaldeo, versu 2, Davidi, mox verò sequentem ab Hebræis, veteribus saltem, Adamo tribui. Igitur incertum est etiam apud Hebræos, hujus carminis et sequentium quorum quis sit. Ego sanè existimo hunc Psalmum esse communem formulam precandi à Davide conscriptam occasione horribilis illius pestis, quæ in Judæâ grassata est, subitòque septuaginta millia virorum absumpsit, atque interemit, nihil læsâ urbe Hierosolytanâ, ut cui Deus

bentur in fonte, sed adjiciuntur ex eorum opinione, qui cunctos Psalmos inscriptione carentes, uni Davidi tribuunt.

VERS. 2. — QUI HABITAT IN ADJUTORIO, qui Deum habet adjutorem, in ejus protectione tutus erit. Qui se ejus auxilio committit, qui confidit et conquiescit in eo, tutus erit ab omni periculo. Hebræicè : *Sedens in latibulo Excelsi, in umbrâ omnipotentis pernoctabit*, id est, manens, quiescens, ut apud Lucam 24, 49: *Vos autem sedete in urbe Jerusalem*, id est, manete, quiescite. Qui sedet et conquiescit in Dei excelsi ope, qui sperat in Dei adjutorio, eoque nititur, in Dei omnipotentis tutelâ morabitur, id est, eum proteget Deus omnipotens suâ umbrâ, ut sit in refrigerio, et expers omnium injuriarum solis. Non succumbet is quem Deus adjuvat. Sic et R. Selomo. Quò pertinent ista Chaldaei, *qui collocat mansionem suam in secreto Altissimi, in umbrâ nubium gloriæ Dei commorabitur*. Cæteri Rabbini hic frigidè, nec vident, *habitare*, sive *sedere*, sumi pro quiescere, Psal. 21, 4. COMMORABITUR. Ad verb., pernoctabit, illic permanebit totâ nocte, tanquàm in hospitio. Illic dormiet securè, nec sentiet noctis injurias, noctem illic transiget. Nox symbolicè tempus est calamitatum et malorum.

VERS. 3. — DICIT DOMINO. Dicere poterit verè et meritò. Hebr., *omar*, id est, dicam : ut sint verba Davidis suo exemplo, ad sperandum in Domino, invitantis. Sed quia nihil refert quis piorum hoc dicat, ut connexio esset planior et magis perpetua, enallagen personarum mutârunt Septuaginta. Sic enim usque ad versum antepenultimum, quo Deus loquens inducitur, Psalmorum precibus commotus pepercit. Quæ historia describitur 2 Sam. ultimo, et 1 Paral. 21. Cur sic existimem si quis querat, respondebo quòd ad illam historiam verba et sententiæ Psalmi omnes faciliè congruant. Non tamen omninò certus sum ita esse; et fieri fortassè potest, ut ad aliam similem historiam pertineat hoc carmen, ejusque alius sit auctor quàm David. Si tamen consulimus Græcum et Latinum interpretem, hisque, ut par est, præsertim quando nihil impedit, fidem habere volumus, Davidem hujus Psalmi auctorem esse intelligemus. Uterque enim titulum hunc præfixit : *Laus cantici David*. Negat tamen ead. Bellarminus prædictum titulum in omnibus codicibus Græcis inveniri; affirmatque S. Hilarium in Prologo Psalmorum, S. Hieronymum Theodoretum et Euthymium, in Commentario hujus Psalmi, disertis verbis dicere eum carere titulo. Docet item SS. Joannem Chrysostomum et Augustinum nullam tituli mentionem facere. Quare credibile esse ait titulum postea fuisse additum, ut intelligeremus hunc Psalmum à Davide fuisse compositum, non à Mose, ut Hilarius et quidam alii tradiderunt. Sed ut fortassè de auctore hujus Psalmi incertum sit, certum est profectò hoc carmine nihil neque solidius, neque splendidius, non dico scribi sed nec cogitari quidem posse. (Muis.)

graphus pius alloquitur. Alioqui in hoc Psalmo est commutatio Dei ad fidelem, fidelis ad Deum, denique ad fidelem. Es tu. Non est in Hebræo, sed euphoniæ gratiâ, et ex verborum consequentiâ adjectum, ut testatur Hieronymus ad Suniam.

VERS. 4. — QUONIAM IPSE LIBERAVIT ME. Mimesis continuatur. Hebræicè, *te*. Ratio istius mutationis proximè tacta. Sic enim omnia deinceps faciliùs cōmiserunt. LAQUEO VENANTIUM, clandestinis hostium insidiis, qualibus solent vii venatores et aucupes. Augustinus et Arnobius in visibiles hostes intelligunt, diabolum, ejusque angelos, seorsum percutientes, Exod. 12, 29, 2 Reg. 24, 16, 4 Reg. 19, 36. A VERBO ASPERO, à calumniâ, maledicentiâ. Unde et Symmachus, à sermone calumniarum. Vox Hebræa per geminum camets, *davar*, verbum, res, negotium; per geminum segol, *dever*, ut legunt Masoretæ, pestis. Liberavit ergo me à verbo aspero, à re asperâ (ut intelligat quodvis periculum et malum) vel à peste contractionum, à peste noxiâ et exitiali. Quod aliquid dirigit ad historiam de peste tempore Davidis in populum immissâ, 2 Reg. 24, 15, 16; sed jam docuimus hujus et novem sequentium auctorem esse Mosem, non Davidem.

VERS. 5. — SCAPULIS SUIS OMBRABIT. Apostrophe perpetua ad huncpium, de quo hactenùs in tertiâ personâ. SCAPULIS, alis suis propriè proteget te. Scapulas maluerunt, ut in utroque hemistichio metaphora esset diversa: una ab avibus, sub quarum alis pulli securi agunt, nec sibi metuunt ab accipitribus; altera ab hominibus latas scapulas et humeros habentibus. OMBRABIT, obteget, operiet te. Sub latis suis scapulis occultabit te. SPERABIS, confidenter ages et tutò, per metalepsim; securè versaberis. Sic confidenter pro securè apud Jeremiam 33, 16, et spes pro securitate supra Psal. 4, 10. Hinc Chald.: *Umbra divinitatis ejus obrumbrabit tibi, et sub umbrâ gloriæ ejus securus consistes*.

VERS. 6. — SCUTO CIRCUMDABIT, sicut scuto, ut scutum. *Circumdabit*, rectè, quoniam *sohera*, clypeum rotundum sive parmam significat. Ad verbum: Scutum et parma veritas ejus (est); fides, sive fidelitas ejus erit tibi pro scuto et protectione, teque omni ex parte communit. VERITAS, fides, certitudo. A TIMORE NOCTURNO, à terribilibus nocturnis.

VERS. 7. — A SAGITTA VOLANTE. Epithetum sagittæ propter pinnas volueris et celeris: de subitis et inopinatis malis. A NEGOTIO, à re; vel per sex puncta, à peste, ut supra vers 4. AD INCURSU. Hebræicè, *mikketeh*, à lue (quæ) grassatur meridie. Pestem, sive grassetur noctu, sive die, non formidabis. Thaumudici, R. Selomo, et Chaldæus cum nostris, *keteb* putant esse dæmonium sævissimum, quòd vel in meridie grassari audeat, cum alia noctu potius pervadant et tenebris dominantur. DÆMONIO MERIDIANO, meridie devastante, aperto, manifesto, apertè occurrente et grassante: à manifestâ sævitiâ diaboli et tyrannorum. Hebr., *iashud*, per Metathesim poterunt accipere *vesed*; nam *sedim* sunt dæmones. R. Selomo addit *Deber* et *Keteb* esse nomina dæmonum, quorum unus noctu, alter meridie

noceat. Docet quicquid contingere possit mali, sive per noctem, sive per diem, sive ex insidiis, sive apertè, minimè nocturnum. Nam quatuor pericula enumerat, duo nocturna, et totidem diurna. Chald.: *Non timebis à timore dæmonum, qui ambulat in nocte, à sagitiâ angeli moris, quam emittit interdium, à morte in tenebris ambulante, à turbâ dæmonum in meridie grassantium*. Sic de dæmonibus insidiantibus, maximè noctu, ut corpora benè pasta ad libidines incendunt, interpretatur Nicetas in Oratio. Nazianzençi de Baptsimat. (1).

(1) AB INCURSU, ET DÆMONIO MERIDIANO, meridiani dæmonis invasione. Chaldæus dæmonum agmen interpretatur, homines in ipso meridie lumine aggrediens. Velus est Judæorum fabula vocem *keteb*, quæ hic in Hebræo legitur, sævissimum dæmonem significare, clarè die apertèque vi invadentem, cum cæteri noctu et per insidias accedant. Vulgi opinionem, perniciosos quosdam dæmones, præsertim meridie, circumferri credentis, putant hic spectari S. Hieronymus et Theodoretus. Ea certè apud veteres poetas legitur. Theocritus: *Nefas est meridie, nefas est libiam inflare: timemus Pana; tunc enim dejessus venatu meridiat; eoque tempore amarus est, et illis semper acris tra in naribus sedet*. Lucanus libro tertio sacrum lucum describens ait:

*Non illum cultu populi propiore frequentat.
Sed cessare Deis. Medio cum Phœbus in axe est,
Aut cælum nox atra tenet, pavet ipse sacerdos
Accessus, dominumque timet deprendere luci.*

Quod ad dæmonium meridianum attinet, animadvertè, docere Pythagoram, deos quidem quolibet tempore aut horâ colendos esse; dæmones verò et herosa, seu genios, meridie: quod fortassè angeli ac dæmones, noctu circumcursantes operantesque, meridie quiescere crederentur: quamobrem meridies apertissimum iis placandis tempus existimabatur. Teste Philostrato, ad Palenium, quæ poetis Phlegra dicitur, ossa gigantum jacent, ab imbribus pluviusque interdum detecta, quo pastores per meridiem accedere venerunt, spectro-rum causâ, quæ incouditis fragoribus cæteros terrent.

Nonnisi probabiliter dixcris, septuaginta Interpretes, quorum versionem in Vulgatâ legimus, hoc vulgi errore fuisse occupatos, vel saltem censuisse, sacrum scriptorem vulgi erroribus morem hoc loco gerere. Sunt qui doceant, duos hosce dæmones, diurnum alterum et alterum nocturnum, impuras labeis in dormientibus, seu meridianibus sub fervido cœlo, parere. S. Athanasius dæmonium meridianum dæmonem esse acedie putat; Theodoretus, incontinentiâ, magis profectò perniciosum, post cibum præsertim ac potum. Diabolum hic innui, qui Christum in deserto meridie aggressus est, putat Eusebius, quem sub variis belluarum, quæ hic numerantur, aspidis, basilici, leonis, draconis, imaginibus sese illi exhibuisse comminiscitur. S. Augustinus de violentis persecutorum injuriis explicat, quibus vel constantissimi quandoque succumbunt.

Recentiores Hebræum aliter vertunt: *A dæmo, vel peste, vel morte, vel excidio vastante meridie* S. Hieronymus: *A morsu fœventis meridie*. Gratius: *Ab ardore solis, qui multis est lethalis iter facientibus, maximè in locis illis Syriæ et vicinis*. Alii pestem, contagium interpretantur. Morbos plerosque Hebræi à diabolo induci putabant; aliosque dæmones morbis qui interdium occupant, alios iis qui noctu, imperare comminiscerantur. Septuaginta, et vetusta Psalteria: *A ruinâ, et dæmonio meridiano*. Syrus: *Vento meridiano*. Aquila: *A morsu dæmonis meridiani*. (Calmet.)

Hebr.: *A peste, quæ in caligine incedit, ab excidio quod vastat in meridie: tatus eris à peste que in tenebris, et à lue manifestâ quæ in luce meridianâ et aprico grassatur*. Chaldæus sic reddit: *A morte quæ in caligine ambulat, ab agnibus dæmonum qui perdunt*

VERS. 8. — CADENT A LATERE TUO. Omni ex parte tutus eris. *Cadent*, absolutè, sive meropassivè : Occumbent pestilentia, bello, et prædictis aliis eventis. Alii, passivè, per quamdam transitionem : prosterentur tuâ manu, ut actio sit pii; q. d. : Prosternes plurimos tam ad sinistram quam ad dextram, sed multò plures ad dextram, ad quam vis brachii fertur. A LATERE, à sinistrâ parte et latere. Nam de deteriore nomine generis dicitur. NON APPROPIQUABIT, myrias supple. Nam *eleph*, et *rebabab*, mille et myrias, sunt singularis numeri, vel distributivè, ullus è tanto numero, ne unus quidem. Alii repetunt suppositum è præcedente versu : Pestilentia, vel bellum, vel aliud infortunium, quo ceteri morientur, non propinquabit tibi, neque te attinget. In publicis calamitatibus pii servantur, Isa. 43, 3.

VERS. 9. — VERUMTAMEN, VERUMETIAM. RETRIBUTIONEM. In malum accipitur, pro pœnis debitis eversione, vindictâ. Senties te non frustra spem tuam in Domino collocasse, quòd impij sint ultionem accepturi.

VERS. 10. — QUONIAM TU ES. Discendo supple, ut sit mimesis linguæ consuetæ. Alioqui nimis abruptè à pio se converteret ad Deum, et mox à Deo ad pium. Et retributionem peccatorum videbis (discendo, vel, et dices), quoniam tu es, Domine, spes mea. Sic et R. Selomo, et veteres Rabbinij, per eclipsim *leemor*, dicendo, vel *ki amartha*, quia dixisti. Unde personam primam, ut supra, mutare in secundam, ad perspicuitatem poterat. Quoniam Dominus est spes tua, id est, quoniam posuisti spem tuam in Domino. Potest jungi cum sequentibus. Dicendo, dicens, cum dices : Tu es, Domine, spes mea. Altissimum; ò homo, posuisti refugium tuum; q. d. : Si in Deum spem et fiduciam tuam conjicias, habes refugium altissimum et tutissimum. ALTISSIMUM, Græcis epithetum Dei, non refugij, τῆν ὑψηλοῦ θεοῦ καταφυγὴν σοῦ, Altissimum posuisti evasionem tuam (ò pie). Ne quis existimet Altissimum esse neutrius generis, et construi cum substantivo *refugium*. Est enim masculinum, significans Deum excelsum ut infra Psal 91, 1 et 9; q. d. : In Deo Altissimo et in caelis habitante posuisti tuum refugium, sive refugij habitaculum. At Hebræum *helion*, utrumque genus patitur, estque adjectivum significans tutissimum, securissimum, elevatum, et summotum à periculis. Quare Chaldaeus in neutro accepit : *In altissimâ mansione posuisti domum habitationis tuæ*. Mox revertitur ad cœptam versûs pium apostrophen.

VERS. 11. — NON ACCEDET AD TE MALUM (1). Non accidet

in meridie. Dæmones enim, sive spectra, horis meridianis hand secûs ac mediâ nocte oberrare credebantur, quòd in Orientis terris illâ die tempestate ob molestissimum solis æstum homines somno se dare solent. Cujus interpretationis ratio cognoscitur ex his Kimelii verbis : « Allegoricarum expositionum auctores *pestem* et *caliginis* et *excidium meridiæ* interpretantur de dæmonibus mala inferentibus. Verba quæque versûs sequentis de infestatione dæmonum dicta esse videntur. » (Rosenmuller.)

(1) Cùm spem tuam in Deo collocaveris, nihil

tibi fortuitò et citra Dei providentiam : non fortuitò cadet. Hæc vis verbi, *ieanne*. FLAGELLUM, plaga, calamitas familiam tuam non infestabit. Securitas ad totam tuam domum extendetur.

VERS. 12. — QUONIAM ANGELIS SUIS MANDAVIT DE TE (1). Ratio hujus securitatis, angelorum custodia. Psal. 53, 8, Heb. 1, 14. Quæ etsi non sit simpliciter necessaria ad nostram salutem, vel tutelam, acad illam Deus solus sufficiat, ut ad reliqua omnia : ea tamen exigitur quoniam Deus sic instituit. Hunc scilicet ordinem in rebus posuit, ut inferiora per media, et media per superiora regi velit. Quoniam non se isti ordini ita alligavit, eum quin pierumque potestate suâ absolutâ suspendat, ac immediatè pleraque efficiat. DE TE, de tuâ salute et tutelâ. Hoc etiam Christo competit. Usus enim est Christus ministerio angelorum in multis, non quòd eo indigeret, sed quòd Deus sic instituerit. Instituit enim, quemadmodum tradit Dionysius, de cœlesti Hierar. c. 9, ut ministerio angelico homines dirigantur, adjuvantur, custodiantur, purgentur, illuminentur, perficiantur. Cujus rei persuasio etiam paganos imbuat. Nam ex eorum sententiâ, Gænius natalis et candidus commemoratur apud Tibullum, lib. 1, eleg. 8, lib. 2, eleg. 2 et 4. et Ovidium, lib. 5 Trist., eleg. 6. Vis tus, quocumque perges. Alii, in omnibus actionibus tuis. Alii, in tuâ vocatione. Metaph. variè concipiuntur.

omniò metuentium tibi est : nullum mali genus domicilio tuo accedet. Pace, securitate, plenoque bonorum cumulo frueris. Hebræus : *Non accidet tibi malum, et plaga non appropinquabit tubernaculo tuo*. Plagæ hujus nomine pestem, mortem, morbum, lepram, quodlibet malorum genus intellige. Quid tamen verè dicitur futurum, ut mala et calamitates tabernaculum sperantis in Domino minimè tangant ? Nullisne malis agitata est Moyses ? Nonne Isaias, Jeremias, Zacharias, omnesque ferme prophetae fame inopiâque, quidam etiam supplicij euncti sunt ? Nullane vitæ incommoda Job, Tobias, cæterique patriarchæ subierunt ? Communione gentis suæ malorum, cæterarumque vitæ calamitatum expertes fuere Apostoli, martyres, omnesque sanctissimi viri, quibus et vetus et novum Testamentum gloriantur ? An fiduciâ in Deum carere ? Neutrum certè asseri potest.

Quamobrem vel mala, quibus vexati sunt, verè mala non fuerint, necesse est; vel mala, quibus Psalmista liberos futuros esse pronuntiat, quibus vitæ naturæ fuerint, quàm hujus vitæ calamitates; vel hujus vitæ malis oppressos Deus in alterâ bonis aliis prænitiis cumulât, quibus præsentium malorum damnum restaretur. Ita fatari cogunt et ratio et religio; inani enim Dei promissa esse nequeunt : ac nemo ex justis quamvis inter sævissima hominum odia et injurias, queritur, datæ sibi fideli deesse Deum, quippe qui ultra hujus vitæ fines spem et expectationem ferant, illud pro certo habentes, suum sibi adesse inter tentationes vel atrocissimas protectorem. (Calmet.)

(1) Ex Hebræo et Septuaginta : *Quoniam Angelis suis mandavit de te*. Prisci Judei ethniceque censuerunt singulis hominibus singulos vel plures angelos adesse, vitæ et actionum duces. Sunt qui solos justos hujusmodi custodibus donari asseruerint; aliis tamen placet, eaque receptissima opinio est, singulis hominibus suos adesse; suos etiam singulis imperiis, regionibus, provinciis, ecclesiis, altaribus, et locis sacris. Hoc velle videtur Psalmi auctor, justos homines, speque firmissimâ Deo fretos, pluribus simul angelis ducebatur ac protectoribus regi. (Calmet.)

VERS. 13.—PORTABUNT, regent, deducunt, et omne auxilii genus tibi afferent, necundè detrimentum vel minimum patiæ. Theod. Ad verbum: Super palmas elebunt. Videtur metaphora à nutricibus, quæ infantes in manibus gestant, ne impingant alicubi. Chaldeus lapidem allegoricè exponit pravum fomitem et concupiscentiam: Ne fortè impingant ad pravum figmentum pedes tui.

VERS. 14.—SUPER ASPIDEM (1). Hebr. *sahal*, gran-

(1) Quamvis inter angues ac ferocissimas bestias ambulaveris, eas pedibus teres atque calcabis. Nihil denique tibi nocebit, si tibi adsit Deus. Aspis anguis est ferribili veneno formidandus, aspidis enim morsu medicinam omnem respuere creditur. Sanguinem intra arterias venasque congelat; quosque ille momorderit, ii vel statim, vel post tres horas, omnes certè intra horas octo expirant.

Aliud anguis genus est basiliscus, qui intuitu necare dicitur. Ipsa basiliscus seu regali appellatio illum veluti inter angues regem habitum esse demonstrat. Subflavum esse narrat Galenus, tribus tuberculis in capite prominentibus, albo maculatis, quibus diadematis genus quoddam efficitur. Ælianus, palmo, seu quatuor digitis longiore esse negat; tamque acri veneno instrui asserit, ut vel maximos angues solo vapore occidat. Eos, quorum extremum scipionis caput momorderit, necat. Ceteros angues sibilo figat. Quoddam anguis genus ita describit Plinius: « Fera appellatur « catoblepas, modica alioquin, ceterisque membris « iners, caput tantum prægrave aegrè ferens; id de- « jectum semper in terram, alias interuocio humani « generis, omnibus qui oculos ejus videre, confestim « expirantibus. Eadem et basilisci serpentis est vis. « Cyrenaica huic generat provincia, duodecim, non « amplius digitorum magnitudine; candida in capite « macula, ut quoddam diademate, insignem. Sibilo « omnes fugat serpentes; nex flexu multiplici ut reip- « quæ, corpus impellit, sed celsus et erectus à medio « incedens. Necat frutices, non contactos modò, ve- « rum et afflatus; exurit herbas, rumpit saxa. » Nar- rat Solinus Pergami civis basilisci cadaver plurimi emisse, quo araneæ ab ipsorum fauo abigerentur. *Serpens est, subdit penè ad semipedem longitudinis; albà quasi nitulà lineatus caput; plura deinde addens iis quæ Plinius tradidit. Dioscorides Eriastratum laudat, pharmacum adversùs basilisci morsus docentem. Quoddam anguis genus ipse ego Parisiis vidi, apud Franciscanos strictioris observantiæ, in suburbio S. Laurentii, quod basilisci cadaver esse ferebatur. Parvæ avis genus erat, gallo similis, implumis sublimi capite, et alis vespertilionis, amplis oculis, ac brevi collo.*

Iis tamen minimè repugnantibus, recentiores naturalis historie scriptores miram fabulam esse basiliscum aiunt. Nunquam sibi visum Galenus fatetur; quis enim illum videat, qui solo obtutu necat, omnesque sui metu arceat? Si tamen prisceos audias, illum ad accuratè describunt, ut vel aluisse, curiosè observasse videantur. At ipsa illorum in eà narratione discordia validissimum est dubitandi argumentum. Quæ verò veneno illi, sibilo, præsentia ac morsui basilisci tribuuntur, adeò mira sunt, ut vel eam ipsam ob rem incredibilia fiant.

Qui galli pullum esse censuere, illi certè vetustos scriptores non legerunt, qui oblongi anguis formam basiliscum tribuunt; vulgaremque fortasse rumorem secuti sunt, qui basiliscum è senis galli ovo excludi fabulatur. At peritissimi homines, quos consulimus, fictos hujusmodi basiliscos aiunt parvas esse squatinas, quæ artificio quodam in similem gallo formam effinguntur, expansis illarum alis, et aptato capite oculisque; id quod facile est observare, ubi monitus fueris, ac rem propius examinaveris.

dævus leo. Pardum aliqui interpretantur. BASILISCUM, *pethen*, genus serpentis perniciosissimi. Aspidem aliqui. LEONEM, *kephir*, leo junior. Neque venenatæ, neque ferè bestia, neque diabolus et ejus administri ullam vim adversus te habebunt. Iis enim dæmones diversorum ingeniorum indicantur. Luc. 10, v. 19. Quantum ad litteram, exempla habentur Davidis, 1 Reg. 34, Samsonis, Jud. 14, 6, Danielis, cap. 6, v. 22, Pauli, Act. ult. 8, 6.

VERS. 15.—QUONIAM IN ME. Jam Deum loquentem inducit, et per se promittentem, quæ ipse prædicaverat, ut promissio sit efficacior et solemnior. SPERAVIT, concupivit, vehementer amavit. Hebræicè, *haschack*. NOMEN MEM. ME, ut ferè per totam Scripturam.

VERS. 16.—CUM IPSO SUM, ipsi adero.

Ceterùm de verè Hebræorum vocum, quæ aspis et basiliscus reddi solent, significatione non satis conveniunt interpretes: aliis *leonem* et *aspidem*, aliis *anguem* et *aspidem*, aliis *leonem* et *basiliscum*, aliis *hydrum*, vel atrum aspidem, et *aspidem*, vertentibus. Nos *leonem* et *aspidem* reddentibus accedimus: vox enim *sachal* constantissimè leonem significat in pluribus Scripturæ locis; et *pethen* aspidem, optimis interpretibus assentientibus.

Quod Hebræas voces, quæ *leo* et *draco* redduntur, propriè significant *leonis pullum* et *crocodilum*, seu draconem marinum. Quamobrem utrumque versiculi membrum eandem fermè rem significat. Leonem naturali magnitudine præditum et aspidem calcabis; et juvenem robustumque leonem ac marinum draconem pedibus teres. Aspidem, animal terrestre, opponit *tannin*, marine belluæ, utraque autem fera perniciosissima est atque sævissima.

LEONEM ET DRAGONEM. Hebræorum שַׁחַל *sachal*, quod hic redditur *leo*, in Osee vers. 14 et 13, 7, vertitur *senà*, et apud Septuaginta est *Satana*. Lexica ferunt *sachal* sonare mediocrem leonem. Vide que in eam rem disserunt in Itinerario Missionarij impresso Parisiis an. 1750; in-8°, p. 42, ubi sermo est de animali nomine *sachal*, quod esse dicitur genus canis silvestris.

Sunt verò canes isti auribus, capite, indole lupinà. Lucescente die in cavis montium latitant; nocte subbeante, ille qui tanquam dux cæterorum et caput haberi potest, clamorem edit vagitum potius infantis quam canis latratu adsimilem, quo exitus grex reliquus, et ipse pariter vagit; statimque omnes in turram coacti silenti agmine de monte se in plana demittunt, opperientesque tempus quo caravana se dederit somno, insinuant se intrò, rimantesque si quidprehenderint obsonii, vorant, hominibus tamen inoffensis, sed cæteris omnibus, ne canibus quidem, si quibus occurrerint, parcentes, ut accidit vitulo, quem Missionarij Ispahani in horto suo alebant, miserè ab illis vorato. Ita demum prerando exigunt noctem, subeunte verò die edito à duce signo recipiunt se in tutum.

Quæ vocem *sachal* reddit *senà*, versio mihi præ cæteris probatur.

Sponius, in suo Itinerario ex Italià per Archipelagum *tachal* sive *tschakal* fusè agit.

De senà verò Idorum, quam crocodilum incolæ appellant, hæc scribit Porphyrius de Abstin. lib. 3, art. 4. Hominum vocem perfectè imitatur, et cum propius ad ades accedit, vocat hominem, quem faciliè vorari posse sentit, amicorum, cui illum obscurotum novit voce simulatà. Quamquam verò dolos belluæ hujus non ignorat Indi, adhuc tamen decepti interdùm domo exeunt, statimque apprehensi ab eà vorantur. (Calmet.)

VERS. 17. — LONGITUDE DIERUM (1). EUM LONGITU-

(1) LONGITUDE DIERUM REPLEBO EUM, in hac vitâ : faciam ut multos annos in terris vivat, tandemque deficiens moriatur in senectute bonâ, senex, et plenus ac satur dierum instar Abrahami, Isaac et Davidis. Non solum, inquit, faciam ut senescat, sed etiam ut ad extremam senectutem perveniat : hanc enim vim habet, *longitudine dierum replebo eum*. In fonte emphaticè magis, *satiabo eum*, perinde ac si diceret : Faciam ut eum capiat satiety vitæ. Interest senem inter et plenum dierum, ut videre est ex Jerem. 6, 11. Etenim plenus seu satur dierum est extremæ ætatis vir ac decrepitus. Promissio porrò, que hoc versu continetur, etsi primâ fronte fallere interdum videtur, non tamen fallit. Nam hoc tenendum est, promissiones temporales semper esse intelligendas sub hac conditione, modò ut expedit fieri quod promissum est. Igitur quia pius citius interdum, è vitâ migrare et ipsis, et publicæ Ecclesiæ salutis utilis est, rapiunturque videlicet, si non semper ad extremam ætatem, sicut in hoc versu promittitur, pii annos perducunt. Neque verò vir justus si morte præoccupatus fuerit, minùs propterea senex et plenus dierum existimandus est.

dine dierum satiabo in hoc seculo, et ostendam illi salutem meam in futuro, ut salutem æternam, vel Messîæ, anima ipsius consequatur. Nisi malis totum versiculum ad futurum seculum pertinere. *Longitudine dierum*, vitâ æternâ. Vera enim vitæ diuturnitas est æternitas in cœlis. SALUTARE MEUM, salutarem mundi Messiam. Hæc omnia Kimhi. OSTENDAM, non modò videre faciam, sed et præstabo, atque exhibebo salutem sempiternam.

Senectus enim venerabilis, non diuturna, neque annorum numero computata; sed cani sunt sensus hominis, et ætas senectutis vita immaculata. Ac vir ille consummatus in brevi explicuit tempora multa; et quia placita erat Deo anima illius, propter hoc preparavit educere eum de medio iniquitatum. Piorum anni, quibus in terris vixerunt, interdum si computentur, exiguum tempus; si actiones, ævum meritò putabitur. *Et ostendam illi denique salutare meum*, in alterâ vitâ, ex Ezrà et Kimhi ubi solum verba est Dei salus. Kimhi annotat totum hunc versum de futurâ vitâ posse exponi. (Muis.)

NOTES DU PSAUME XC.

On lit au titre de ce psaume : *Laus cantici ipsi David*. Mais ce titre n'est ni dans l'hébreu, ni dans tous les exemplaires grecs, ni dans la plupart des saints Pères. Il se trouve dans les Septante du Vatican et dans notre Vulgate, probablement d'après une addition faite par les Septante mêmes. Il n'y a nulle raison d'attribuer ce psaume à Moïse comme le précédent, quoique saint Jérôme et saint Hilaire le croient de ce législateur; car il ne s'ensuit nullement que Moïse en soit l'auteur, parce que le précédent est de lui, et que celui-ci n'a point de titre. Aussi, cette pensée est-elle abandonnée de presque tous les interprètes modernes.

Ce psaume est assez beau par lui-même, sans qu'il soit nécessaire d'en assigner l'auteur, ni même de lui chercher un objet dans l'histoire de David ou des Israélites. C'est assez qu'il apprenne aux hommes à mettre toute leur confiance en Dieu, et qu'il leur suggère les motifs les plus puissants pour ne jamais perdre de vue cet unique protecteur.

Il est assez raisonnable de penser que ce psaume est un dialogue, où l'homme juste, le Prophète et Dieu lui-même parlent successivement : mais on sait d'ailleurs que sans dialogue formel, les compositions poétiques passent souvent de la narration à l'apostrophe, d'un discours à la première personne, à une autre qui est à la seconde; que l'auteur se substitue à la place de ceux qu'il fait parler, ou bien qu'il met dans la bouche d'un tiers ce qu'il veut se dire à lui-même. Ce psaume est plein de métaphores plus encore dans l'hébreu que dans les versions, et il est peut-être moins difficile dans ces versions que dans le texte.

Tout le monde a observé que dans la tentation de J.-C. au désert, le démon osa emprunter deux versets de ce psaume, et qu'il les détourna de leur vrai sens : ce qu'il n'est pas étonnant de la part de l'esprit de ténèbres et de l'auteur de tout mensonge.

VERSET 1.

L'hébreu dit mot à mot : *Celui qui repose dans le secret du Très-Haut, sera tranquille* (comme on l'est durant la nuit) à l'Ombre du Tout-Puissant. Il peut y avoir plus d'énergie dans ce texte que dans les versions; mais c'est le même sens, et il comprend les avantages de la confiance en Dieu. Quand on se fixe en lui, on est à l'abri de tous les dangers du salut sous sa protection. Dieu est appelé dans ce verset, le *Très-Haut* et le *Seigneur du ciel*, pour nous apprendre à nous élever au-dessus de la terre, et à ne chercher un

PSAUME XC.

asile qu'en celui qui habite la région éternelle. Le mot hébreu qu'on rend par *Tout-Puissant*, signifie aussi l'Être qui se suffit à lui-même; et ce titre donne une grande idée de la protection divine; car si Dieu se suffit à lui-même, comment ne pourrait-il pas nous suffire?

RÉFLEXIONS.

Je trouve encore deux beaux sens dans le texte : 1° celui qui, dans cette vie, se repose dans le sein de Dieu, trouvera sa demeure en lui au temps de la mort, à ce moment qu'on regarde comme la nuit du genre humain; 2° celui qui a fixé ses desirs en Dieu, ne se contentera pas d'en être occupé durant le jour, il s'unira au Tout-Puissant durant le silence de la nuit. Tandis que les autres hommes seront ensevelis dans le sommeil, il conversera familièrement avec l'auteur de tous les biens.

Il n'y a que les hommes d'oraison qui habitent dans le secret de Dieu, qui jouissent pleinement de sa protection, qui se font une habitude de converser avec le Très-Haut durant même le silence de la nuit. Aussi, quelle est leur tranquillité au moment de la mort! Ils ont voyagé dans cette terre d'exil, et ils trouvent au terme le repos éternel. Pour s'élever à ce secret de Dieu, il faut être ce que saint Grégoire expliquait par une comparaison fort sensible : Vous voyez, disait-il, l'eau qui jaillit d'un tuyau, elle se met au niveau du réservoir d'où elle est descendue; mais donnera-t-elle ce spectacle qu'il fait l'agrément de ceux qui en sont témoins, si elle n'est resserrée dans ce canal étroit d'où elle s'élançait en l'air? Ne se répandra-t-elle pas dans la campagne, si on la laisse en liberté? Il en est de même de nos esprits et de nos cœurs : toutes les fois que nous les abandonnons à eux-mêmes, que nous les laissons s'égarer dans les occupations frivoles du monde, ils se répandent et ne remontent point à la source de tous les biens. Rentrez en vous-mêmes, réduisez-vous au silence, resserrez-vous dans le saint exercice de la méditation, si vous voulez entrer dans le secret de Dieu, et y puiser les lumières du salut.

VERSETS 2, 3.

Voilà les sentiments de celui qui ne se confie et n'habite qu'en Dieu. Il déclare que le Seigneur est son protecteur, son asile, son espérance; il rend témoignage aux bienfaits qu'il en a reçus; il a été délivré des pièges de ses ennemis, et de la persécution des langues médisantes ou des discours injurieux. Tel est le sens que donne notre version, qui diffère ici des

LXX du Vatican, en ce que ceux-ci disent, *parce qu'il vous a délivré, etc.*, et non, *parce qu'il n'a délivré, etc.* La Vulgate suit les exemplaires où le pronom est à la première personne.

On traduit communément sur l'hébreu : *Je dirai au Seigneur : Il est mon espérance et ma citadelle, il est mon Dieu; je me confierai en lui, parce qu'il vous délivrera des pièges du chasseur, de la peste des misères.*

Selon cette traduction, il faut reconnaître dans ces versets deux interlocuteurs, tous deux différents de celui qui a parlé dans le premier verset. Saint Jérôme lie le second verset au premier, en traduisant *dicens* au lieu de *dicam*; en sorte que celui qui parle au premier verset, est censé dire à Dieu : *Vous êtes mon espérance, mon asile, etc.*, et ce sens retombe dans celui de la Vulgate. Il est clair que le verbe hébreu *דַּבַּר* dégage des points, a pu être traduit par *dicet* ou par *dicens*.

Quant au troisième verset, où l'hébreu change la première personne dans la seconde, *il vous délivrera, etc.*, il paraît nécessaire de supposer un autre interlocuteur qui sera, si l'on veut, le cœur des Israélites, ou bien le Prophète, si ces Israélites ont commencé ce psaume. Il ne serait pourtant point contraire au style poétique que la même personne s'apostrophât elle-même, et c'est ce que je crois encore plus naturel que ces interventions de différentes personnes.

Les hébraïstes traduisent, *de la peste des misères*; saint Jérôme, *de la mort des embûches*; Symmaque, *du discours de la calomnie*. Je ne crois pas qu'on puisse reprocher aux LXX d'avoir traduit *דַּבַּר* par *ἀπό λόγου*, et notre Vulgate de les avoir suivis, en mettant, à *verbo*; car le mot *דַּבַּר* signifie autant ou même plus *parole* que *peste*. Le P. Houbigant croit qu'ici le mot *דַּבַּר* est superflu. Et à l'égard de *aspero*, ce mot doit être bon si l'hébreu signifie *misère, calomnie, iniquité*. Je ne vois donc pas qu'il soit nécessaire de rien changer à nos versions; la première personne, *il m'a délivré*, est aussi bien placée que la seconde, *il vous délivrera*; et ce futur est indifférent, puisque le présent et le futur se réciproquent dans la langue sainte. Enfin l'essentiel du sens est conservé dans la leçon du texte et dans celle de notre version.

RÉFLEXIONS.

Saint Augustin insiste beaucoup sur cette délivrance des *pièges du chasseur* et des *lunettes meurtrières*. Il y voit avec beaucoup de raison deux des plus grands ennemis du salut, le *démon* comparé au *chasseur* qui tend des filets, et le *respect humain* qui fait que nous omettons le bien à cause des discours du monde. Que fait le chasseur, dit ce saint Père, pour faire tomber l'oiseau dans ses filets? Il lance des pierres dans les haies ou dans les arbrisseaux qui servent de retraite aux oiseaux : ces pierres ne tuent pas le gibier, mais elles l'intimident; il sort de son asile, et va se précipiter dans les pièges qu'on lui a tendus. Le démon en use de même pour nous attirer dans ses embûches; il arme contre nous la langue des mondains; par des reproches ou par des railleries il nous intimide; nous sortons de l'asile que Dieu nous avait préparé, nous quittons la voie de ses commandements, et nous devenons la proie des puissances de ténèbres. Voilà, selon le saint docteur, ce langage d'iniquité, et l'on pourrait dire aussi, selon le texte, *cette peste de scandale* qui perd tant de chrétiens. Celui qui a mis toute sa confiance en Dieu, oppose deux choses à cette tentation. Premièrement, il ne sort point de la voie que lui a tracée Jésus-Christ; car le démon n'a garde de tendre des pièges dans cette route qui lui est interdite, il se tient à l'écart; mais dès qu'on abandonne ce sentier qui mène à la vie, on est déjà en très-grand danger de devenir l'esclave du démon. En second lieu, le vrai disciple de Jésus-Christ ne s'étonne point des discours du monde : il sait que son maître et son modèle a essuyé cette sorte

de tempête; qu'il a entendu de la bouche des Juifs, ses persécuteurs, les imputations les plus atroces et les plus injustes. Cet exemple rend inutiles toutes les tentatives des mondains. Leurs langues sont réduites au silence, et le serviteur de Dieu marche d'un pas ferme dans la route que lui a frayée Jésus-Christ.

VERSETS 4, 5, 6.

Il arrive très-souvent que la conduite des hommes de bien devenant la censure des méchants, ceux-ci prennent des routes toutes différentes, et renoncent d'eux-mêmes à tout commerce avec ces vengeurs de tous les bons principes. Si l'on n'est pas en pouvoir de les réprimer, il est de la sagesse de les abandonner à leur perversité, et de se conduire à leur égard comme si on ne les connaissait pas. Ce tempérament, plein de prudence et de raison, exclut les discussions critiques, les censures chagrines, les observations curieuses ou malignes. On garde le silence à l'égard des personnes qu'on ne connaît pas. Et puisque c'est ici la règle que donne le Prophète, il veut par conséquent qu'on supprime tout ce qui altérerait, dans le cas présent, ou la paix intérieure du juste, ou la charité qu'il doit au prochain.

VERSETS 6, 7.

Ces deux versets n'en composent qu'un dans l'hébreu; cela est indifférent. Il y a deux objets séparés: savoir, la conduite que tenait le Prophète, d'une part avec les détracteurs ou délateurs, de l'autre avec les orgueilleux et les ambitieux.

L'hébreu dit, *je détruirai*, au lieu de, *je poursuivrai*, ou *je poursuivais.* Les Septante ont mis sagement un mot qui ne détermine pas le genre de peine, et qui les comprend toutes. On détruit les uns par la mort, les autres par l'exil, quelques-uns par le dépouillement de leurs biens, quelques autres par la privation de

leurs dignités; et tout cela est renfermé dans le mot *pour suivre*.

Ce que nos versions appellent un *cœur insatiable*, l'hébreu le désigne par un *cœur vaste*, large : expression qui se prend souvent en bien, et ici en mal. Le terme *insatiable* répond bien à cette idée.

Les hébraïsans ne disent point : *Je ne mangerai point avec l'orgueilleux et avec l'ambitieux*, mais : *Je ne pourrai supporter l'orgueilleux et l'ambitieux*. C'est qu'ils traduisent le verbe אָכַל par *potero*, et ils suppléent *ferre*, au lieu que les Septante y ont vu le verbe אָכַל, qui signifie *comedit*, et au futur אָכַל, *comedam*. Peut-on les taxer d'avoir mal pris un mot dont les différences ne consistent que dans les points, inconnus du temps de ces interprètes? Leur sens est donc recevable, et il se concilie d'ailleurs avec l'hébreu; car la plus grande marque qu'on puisse donner qu'on ne peut souffrir un homme, c'est de ne vouloir pas manger avec lui.

Le Prophète parle ici en homme public qui est obligé de réprimer les langues séditieuses, et de ne pas se familiariser avec les orgueilleux et les ambitieux : car la mollesse à l'égard des mauvaises langues, laisserait bien des désordres impunis; et la familiarité à l'égard de ceux qui n'agissent que par orgueil et par ambition, serait d'un pernicieux exemple.

RÉFLEXIONS.

Tout particulier doit s'appliquer l'instruction du Prophète par rapport aux trois vices énoncés dans ces deux versets; la médianse est le premier. C'est un poison, dit S. Jérôme, qui tue le médisant et celui qui l'écoute. Ainsi, la charité qu'on doit au prochain et à soi-même, oblige de réprimer, autant qu'il est possible, la langue médianse. Cette obligation exige beaucoup d'attention, de force, de prudence, et jusqu'à un certain point la connaissance des divers caractères. Il est fort difficile de la remplir quand on fréquente les sociétés du monde, et c'est ce qui doit inspirer l'amour de la solitude. Quand on est obligé d'en sortir, il faut se regarder comme transporté dans un champ de bataille où il y a toute espèce d'ennemis de la charité à combattre. L'exercice de la présence de Dieu et la prière sont les armes dont on doit se revêtir; et puisque la langue des hommes avec qui nous traitons est si meurtrière, il faut que la nôtre soit tantôt pleine d'onction, pour substituer la douceur évangélique à l'amertume des discours du monde; tantôt brûlante de zèle, pour reprendre avec force ceux qui outragent nos frères; tantôt industrieuse, pour détourner adroitement le cours du torrent de malice, qui inonde presque toutes les sociétés; tantôt concentrée dans le silence, pour témoigner aux médians qu'on ne prend aucun intérêt à leurs observations malignes; tantôt éloquent sur les vertus de ceux que la médianse entreprend de flétrir. Il n'y a que l'esprit de Dieu qui puisse suggérer, dans les circonstances variées comme à l'infini, les meilleurs moyens de venger la charité et le prochain, sans manquer ni à l'une ni à l'autre.

Un ancien auteur ecclésiastique (1) prend l'instruction du Prophète dans un sens plus analogue encore aux besoins de chaque fidèle. Il entend que nous devons détruire en nous-mêmes toute pensée et toute affection contraires à l'amour qui est dû au prochain. Il faut remarquer que le Prophète parle de *détractions secrètes*, et il n'y en a point de plus cachées, de plus impénétrables à la vue des hommes, que les mouvements qui s'élevaient dans notre âme contre nos semblables. C'est de ce poison domestique qu'il faut purger notre cœur; c'est ce censeur injuste qu'il est nécessaire de réduire au silence. Il ne peut y avoir sur ce point ni restriction, ni modification, ni tempérament; plus cet ennemi nous parle au-dedans de nous-

mêmes, plus nous devons le combattre par les armes de la charité.

Le Prophète n'avait point de commerce avec l'*œil superbe* et avec le *cœur insatiable*. Ces deux caractères sont déjà si odieux, qu'il doit en coûter peu à des âmes honnêtes, et surtout à des chrétiens fidèles, pour n'entretenir aucune liaison avec eux. Mais quand on est soi-même porté à l'orgueil et à l'ambition, on prend pour modèles les orgueilleux et les ambitieux. C'est l'écueil surtout où échoue la jeunesse. Elle adopte les sentiments des hommes fiers et des hommes entreprenants qu'elle fréquente. Le *cœur insatiable* est encore plus dangereux que l'*œil superbe*. Celui-ci se décèle par son faste, par son air impérieux, par ses manières hautaines : il suffit de l'apercevoir pour l'éviter. Mais le *cœur insatiable* couvre de mille prétextes ses démarches passionnées : il tend à s'agrandir par toutes sortes de voies, sans négliger même celles qui sont propres de la vertu. Toutes les maximes du monde tendent à former des *cœurs insatiables*. Il est impossible à celui qui aime le monde, de ne pas laisser germer dans son âme cette mauvaise plante d'ambition, qui est le fruit le plus immédiat et le plus malheureux du péché d'origine.

VERSET 8.

C'est ici le contraste des caractères odieux qu'a décrit le Psalmiste dans les versets précédents. Il s'est attaché aux *fidèles de la terre*, c'est-à-dire, aux hommes qui ont de la foi, qui craignent le Seigneur, et qui sont zélés pour son service. Il a préféré, pour les emplois de sa maison, ceux dont la conduite est irréprochable. On a inséré dans ce verset l'image d'un prince, ou de quelque maître que ce soit, qui rend justice à la vertu, et qui distingue les hommes vertueux. Le texte et les versions s'accordent ici parfaitement.

RÉFLEXIONS.

Malgré la dépravation du monde, on trouve toujours des hommes vertueux, des cœurs irréprochables. Mais il faut être attentif comme le Prophète; il jetait ses regards sur tout son peuple, pour y distinguer le vrai mérite, et pour l'honorer de sa confiance. Dans tout état et dans toute profession, il faut user de discernement pour se former une société où l'on ne coure aucun risque pour le salut. On pourrait demander à chacun de nous : Sur qui se sont portés vos yeux et vos réflexions en entrant dans le monde? Avez-vous cherché les hommes *fidèles*; vous êtes-vous fait des amis qui ne consument que les routes de l'innocence et de la sainteté? Quelle serait notre réponse à cette question? Nos égaux parleraient contre nous, si nous voulions justifier notre choix, et faire l'éloge de nos prétendus amis. Nous avons préféré les *voluptueux de la terre*, nous avons suivi l'exemple de ceux qui s'étaient écartés de la justice. On ne nous a point appris, dans notre première éducation, l'art de distinguer les hommes vrais d'avec les séducteurs, les amis de Dieu d'avec les partisans déclarés du monde.

On se trompe grossièrement, quand on se persuade que l'amitié des hommes de bien est triste et ennuyeuse. On peut en appeler à l'expérience de ceux qui ont eu l'avantage d'en jouir. Ils déclareront qu'il n'y a point de moments plus délicieux que ceux où l'on converse avec les saints. Ils ont deux qualités que n'eurent jamais les amis du monde : Ils sont exempts de prétentions, et ils parlent de ce qui intéresse le plus les personnes de leur société; ils ne traitent que des choses de Dieu, ou qui ont rapport à Dieu, et ils savent y répandre l'onction dont leur âme est remplie.

VERSET 9.

Il y a trois différences, mais peu considérables, dans l'hébreu : 1^o celui qui se comporte en *fourbe*, au lieu de celui qui se comporte en *orgueilleux*; 2^o celui qui dit des choses *fausses*, au lieu des choses *injustes*; 3^o *ne persévéra pas devant ses yeux*, au lieu de, ne

(1) Eusèbe.

dirigera pas sa marche en ma présence. Je dis que ces différences sont petites, et je pourrais dire qu'elles sont nulles; car il y a toujours de la fourberie dans l'orgueil, toujours de l'injustice dans le mensonge; et celui qui ne dirige pas sa marche devant quelqu'un, à plus forte raison ne s'établit pas auprès de lui, ou en sa présence.

Le Prophète montre dans ce verset combien il est opposé à l'orgueil, à la fraude, à l'injustice, au mensonge: opposition si nécessaire à ceux qui gouvernent les peuples.

RÉFLEXIONS.

Que chacun de nous regarde son cœur, comme ce milieu de la maison dont parle le Prophète: qu'il en chasse l'orgueil et la duplicité. Vous n'avez qu'un cœur, dit S. Augustin; si la simplicité y habite, il sera tranquille; si elle en est bannie, il sera en proie à mille tyrans qui le troubleront: chacun voudra y régner, et vous serez un théâtre de discord.

Il faut avoir une telle horreur de l'injustice et du mensonge, qu'on ne permette pas même la fréquentation des hommes injustes et des menteurs. La justice et la vérité sont deux vertus si délicates, qu'on les blesse en prêtant l'oreille aux discours qui donnent atteinte à l'une ou à l'autre. Quand vous n'approuveriez pas ces discours, si vous en êtes témoin sans réclamer, vous passerez pour en être complice; et au jugement de Dieu, vous serez coupable de n'avoir pas maintenu les droits de la vertu, qui est toujours en elle-même justice et vérité. Dieu est essentiellement juste, essentiellement vrai; nous ne pouvons conserver notre ressemblance avec lui qu'en réprochant, de toutes les manières possibles, l'injustice et le mensonge.

VERSET 10.

Le Prophète fait allusion aux jugements qui se ren-

1. *Oratio pauperis, cum anxius fuerit, e coram Domino effuderit precem suam. CI.*

Heb. CII.

2. *Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat.*

3. *Non avertas faciem tuam à me; in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.*

4. *In quacumque die invocavero te, velociter exaudi me;*

5. *Quia defecerunt sicut fumus dies mei; et ossa mea sicut cremium aruerunt.*

6. *Percussus sum ut fœnum, et aruit cor meum; quia oblitus sum comedere panem meum.*

7. *A voce gemitûs mei, adhæsit os meum carni meæ.*

8. *Similis factus sum pellicano solitudinis; et factus sum sicut nycticorax in domicilio.*

9. *Vigilavi, et factus sum sicut passer solitarius in tecto.*

10. *Totâ die exprobrabant mihi inimici mei, et qui laudabant me, adversum me jurabant;*

11. *Quia cinerem tanquam panem manducabam, et potum meum cum fletu miscëbam.*

12. *A facie iræ indignationis tuæ, quia elevans assististi me.*

13. *Dies mei sicut umbra declinaverunt, et ego sicut fœnum arui.*

14. *Tu autem, Domine, in æternum permanes, et memoriale tuum in generatione et generationem.*

aient dès le matin contre les coupables. Il promet d'exterminer tous les pécheurs du pays, afin de purger la sainte cité des crimes qui la déshonoraient. Ceci au reste ne peut être qu'une figure du jugement de Dieu; car il n'est au pouvoir d'aucun prince de détruire tous les malfaiteurs, et encore moins tous les pécheurs de ses états. Il n'est ni assez éclairé pour les connaître tous, ni assez puissant pour les arrêter tous. Quand la nuit de ce siècle sera passé, et que le jour de l'éternité commencera à paraître, Dieu détruira tous les pécheurs sans exception, c'est-à-dire qu'il les condamnera aux ténèbres de l'enfer, afin que la sainte Jérusalem ne soit habitée que par les saints. Cette explication est de saint Augustin.

RÉFLEXIONS.

Qui de nous pourrait ne pas trembler à la pensée de ce matin où tous les pécheurs de la terre seront détruits par le Seigneur? Durant la nuit de ce siècle, les justes et les pécheurs sont mêlés ensemble. L'Eglise elle-même tolère ceux-ci dans l'espérance de les ramener à la justice; mais dès l'aurore du jour de l'éternité, la séparation se fera, et nul mélange désormais de l'iniquité avec la justice. Chacun doit s'interroger sur ce partage et sur la destinée qu'il doit attendre. La céleste Jérusalem n'admettra que des cœurs purs, des âmes fidèles, des corps sanctifiés par les bonnes œuvres. Quoique nous soyons ici dans la nuit, c'est néanmoins le temps de la miséricorde; quand le jour paraîtra, ce sera le moment de la justice: comment usons-nous de cette nuit, et quelle attention donnons-nous à ce jour? Sujet perpétuel de méditation, objet de travail; tout le reste n'est rien en comparaison de cet intérêt.

PSAUME CI.

1. *Seigneur, écoutez ma prière, et que mes cris parviennent jusqu'à vous.*

2. *Ne détournez pas votre visage de moi: au jour de ma tribulation, daignez prêter l'oreille à mes vœux.*

3. *Au jour où je vous invoquerai, hâtez-vous de m'exaucer.*

4. *Car mes jours se sont évanouis comme la fumée, et mes os se sont desséchés comme le bois qui est consumé par la flamme.*

5. *J'ai été frappé comme l'herbe l'est de l'ardeur du soleil (ou de la faulx); et mon cœur s'est desséché, parce que j'ai oublié de prendre ma nourriture.*

6. *A force de pousser des gémissements, mes os se sont collés à ma chair.*

7. *Je suis devenu comme le pélican qui habite les solitudes, comme le hibou qui se cache dans des masure.*

8. *J'ai veillé continuellement, et j'ai été comme le passereau solitaire sur le toit (ou il fait son nid).*

9. *Tout le jour mes ennemis me faisaient des reproches; et ceux qui m'avaient loué, me regardaient comme un objet d'exécration.*

10. *J'ai mangé mon pain avec autant de dégoût, que si c'eût été de la cendre, et j'ai mêlé mes larmes dans ma boisson.*

11. *C'était à cause de votre colère et de votre indignation: car, après m'avoir élevé, vous m'avez précipité.*

12. *Mes jours ont décliné comme l'ombre, et toute ma personne s'est desséchée comme l'herbe de la prairie.*

13. *Mais vous, Seigneur, vous subsistez éternellement et le souvenir de ce que vous êtes, se perpétue dans la génération en génération.*

15. Tu exurgens, Domine, misereberis Sion, quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

16. Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus, et terræ ejus miserebuntur.

17. Et timebunt gentes nomen tuum, Domine, et omnes reges terræ gloriam tuam.

18. Quia ædificavit Dominus Sion, et videbitur in gloria suâ.

19. Respexit in orationem humilium, et non sprevit precem eorum.

20. Scribantur hæc in generatione alterâ; et populus qui creabitur, laudabit Dominum.

21. Quia prospexit de excelso sancto suo; Dominus de cælo in terram aspexit;

22. Ut audiret gemitus compeditorum, ut solveret filios interemptorum;

23. Ut annuntiet in Sion nomen Domini, et laudem ejus in Jerusalem,

24. In conveniendo populos in unum et reges, ut serviant Domino.

25. Respondit ei in viâ virtutis suæ: Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

26. Ne revoces me in dimidio dierum meorum; in generatione et generatione anni tui.

27. Initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cæli.

28. Ipsi peribunt, tu autem permanes, et omnes sicut vestimentum veterascent.

29. Et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur; tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

30. Filii servorum tuorum habitabunt, et seminum eorum in seculum dirigetur.

14. Vous vous levez, vous avez pitié de Sion : car le temps d'avoir compassion d'elle est venu; oui, ce temps de grâces est arrivé.

15. Car enfin vos serviteurs chérissent encore ses ruines; ils sont encore touchés de compassion au souvenir de cette terre (*désolée*).

16. Alors les nations craindront votre nom, Seigneur, et tous les rois de la terre (*reconnaîtront*) votre gloire.

17. Parce que le Seigneur a rebâti Sion, et qu'il sera vu dans sa gloire;

18. Parce qu'il a été attentif à la prière des âmes humbles, et qu'il n'a pas rejeté leur supplique.

19. Que ces choses soient écrites pour la génération future; et le peuple qui doit naître, chantera les louanges du Seigneur.

20. Parce que le Seigneur a regardé du haut de son sanctuaire; parce que du haut du ciel il a jeté ses yeux sur la terre :

21. Pour entendre les gémissements des captifs, pour délivrer les enfants de ceux qui ont été mis à mort;

22. Pour qu'on annonce dans Sion le nom du Seigneur, pour qu'on chante ses louanges dans Jérusalem,

23. Lorsque les peuples et les rois se seront réunis en un corps pour servir le Seigneur.

24. Le peuple a répondu au Seigneur de toute sa force : Annoncez-moi qu'il me reste peu de jours (*pour voir ces événements*).

25. Ne m'enlevez pas au milieu de ma carrière, ô vous dont les années s'étendent dans l'éternité, (*ou de génération en génération*).

26. Au commencement, Seigneur, vous avez créé la terre; et les cieux sont l'ouvrage de vos mains.

27. Ils périront; mais vous, vous subsisterez, et ils vieilliront tous comme un vêtement.

28. Vous les changerez, comme un manteau se change, et ils changeront; mais pour vous, vous êtes toujours le même, et vos années n'auront point de fin.

29. Les enfants de vos serviteurs auront un séjour (*fixe*), et leur postérité sera conduite à un état permanent.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ORATIO PAUPERIS (1). Inscriptio hæc

(1) Plerique Patrum et interpretum hunc psalmum in ipsâ captivitate à Daniele vel Jeremiâ, aliove ex prophetis exaratum putant. Sunt qui velint Davidem prævisâ prophetico spiritu captivitate, huic orationem sensumque accommodasse. Nobis tamen hujusmodi interpretationes minimè necessariæ non placent. Proximum tunc fuisse captivitatis exitum, vel jam desisse, ex versiculis 14, 15, 16, 17, discimus; quonobrem non modò captivorum Judæorum querelæ, verum etiâ ipsorum gaudium post reditum è captivitate, hoc psalmo contineri dicenda sunt.

Aliqui ex Patribus, veluti S. Augustinus, S. Gregorius Magnus, et Cassiodorus, Christi orationem, Ecclesiam suam Patri commendantis, hic vident. Versiculis 26, 27, 28, S. Paulus ipsi Christo accommodat; ac profecto nemo negaverit, vel totum, vel maximam psalmi partem de salute et libertate quam Christus Ecclesie comparavit, et libertas è captivitate Babylonicâ significabat, esse explicandum. Alii ad Davidis fugam per bellum Absalomicum, alii ad bellum Antiochi Epiphaniis revocant. Nos iis accedimus qui de Babylonicâ Judæorum captivitate interpretantur. Hebræus ad litteram: *Oratio pauperis afflicti, cum consternatus esset, et effunderet coram Domino precem suam*, orationem, meditationem.

(Calmet.)

Inscriptio carminis: *Preces pro afflicto, seu miseri. Sunt, qui transferant: Preces pro afflicto, existiment-que, hunc psalmum ut precum formulam quandam*

docet argumentum esse generale pro quibuslibet afflictis et gementibus. Aliqui tamen arctant ad captivitatem Babylonicam. Alii ad liberationem per Christum, gratiæ tempore perfectam. Utut sit, populus Domini in cruce positus perpetuò hic loquitur.

VERS. 2. — DOMINE, CHRISTE. Nam toto hoc Psalmo Dei et Domini nomen restringi ad Christi personam indicat Apostolus, Heb. 1, vers. 10, 11, 12.

VERS. 3. — NON AVERTAS FACIEM TUAM, ne abscondas, propriè in die angustia meae.

VERS. 4. — IN QUACUMQUE DIE, in fonte pulchra antithesis: Quocumque die clamavero, celeriter responde mihi. Petit in calamitate exaudiri.

VERS. 5. — QUIA DEFECERUNT, Sicut fumus. Hypo-præscriptam populo in exilio, à propheta quodam inter conceptivos, quâ uterentur pii inter exules, quando angerentur desiderio liberationis, quod, ut fieri solet, tantò gravius eis factum est, quò propior fuit terminus promissus. *Afflicto*, populum Israëliticum exilii miseriis afflictum intelligendum esse, rectè monuit Kimchi. Monendum omnino, sicut in omnibus Psalmis posteriorum temporum, ita in hoc etiâ, per enallagen personarum, de toto populo, ut de uno homine verba fieri. *Quando tristitia obruitur, et coram Jova effundit sollicitudinem*, seu querelam suam (Rosenmuller.)

typosi summæ miserie et infelicitatis poetica usque ad vers. 14, pingens per hominem moestissimum, ejuſ corpus, præ animi dolore, macie conficitur, populum Dei gravissimè vexatum sub tyrannicis et hostilibus. Nam hæc dicuntur in ejus personâ. Sicut CREMIUM, sicut res cremata facilis, res quæ præ siccitate ignem faciliè concipit, ut festuca, lignum aridum, *φύγλον*, velut quod frigitur. *Crema*, inquit Hieronymus, in cap. 10 Osee, *Columella appellat ligna levia et quæ faciliè excipiunt ignem*. Hebraicè, similitudo minis universa: *Sicut torris, vel focus ossa mea adusta sunt et concremata*. Ossa synecdochicè aliqui sumunt pro membris. Morbo enim membra, non ossa arescere sæpius dicuntur.

VERS. 6. — PERCUSSUS SUM UT FŒNUM. Tertia similitudo. *Percussus sum*, ab æstu indignationis tuæ vel calamitatis, tanquam à solis ardore, propter quem herbe flaccescunt, languent et exsiccantur. Doctè illud fontis expresserunt, PERCUSSUM EST COR MEUM, per hypozeugma. Nam cor pro totâ personâ in omnibus linguis, ut apud Ennium,

Quem credidit esse meum cor

Suasorem summum,

id est, quem ego credidi, ut Gellius exponit, lib. 7, c. 2, et apud Homerum, *Iliad. 1, καρίη δαδς, cor Jovis*, pro ipso Jove. Sic quod sequitur: *ARUIT COR MEUM*, id est, exarui ego præ moestitiâ. Vel respicit ad humorem nativum et radicale, qui nimio dolore desiccatur. Hinc Salomon, *Proverb., 17, v. 22: Spiritus tristis exsiccet ossa*. QUIA OBLIVUS SUM, præ nimia calamitate et angustia, aded ut non esset cibi appetitus. Nam nimia moestitia tollit appetitum, nec sinit cibum capere; q. d.: Mœrore animi agrotavit corpus; propter ingentes cruces, cibum etiam necessarium neglexi. Nostri, præ poenitentiae luctu; Chald.: *Quoniam oblitus sum legem doctrinae meæ, id est, quam à Deo didici*.

VERS. 7. — A VOCE GEMITUS MEI, propter vocem suspirii mei, propter tristitiam meæ vocis, præ clamore vel assiduo gemitu factum est ut mihi adhæreant ossa carni, spiritu et succo illo vitali intercurrente inter carnem et ossa, desiccato. Nam caro proinde ac os destituta illo spiritu et humore, marcessit ac aret. Rabbini carnem hic pro cute accipere malunt, ut Thren. 4, v. 8. Propter suspiria corpus succulentum et torosum emarcuit, et exsuecum factum est, ut inter ossa et cutem nulla caro intercedat. Præ tristitiâ spiritus, vires et succus corporis absumpta sunt. Contra cutem pro carne sumi notant, *Job. 18, v. 13*.

VERS. 8. — SIMILIS FACTUS SUM PELICANO. Pelicanus avis Ægyptia, habitans in Nili solitudinibus, quæ filios à serpente occisos, lateribus percussis, suo sanguine excitat, Hieron. ad Præsidium. Est et aquatica, quæ aquis delectatur, *πελεκάνη*, Aristoteli, lib. 8 Animal. c. 12, et Eliano, lib. 3, c. 2 et 23, quam appellatam *plateam* à Plinio nonnulli existimant. Quidam vertunt, onocrotalum sylvestrem. Sed ne Rabbini quidem sciunt, quenam istæ aves sint; tantum aiunt esse amantes solitudinis. Sed nec magni refert, cum non tam propria avis alicujus qualitates spectentur, quam

ipsa solitudinis desolatio, quam solent homines amaro et afflicto animo quærere, ut quibus sit gravis ac molestus turba strepitus. SOLITUDINIS, solitario, in solitudinibus et desertis versanti, publicumque conspectum noctibus fugienti. NYCTICORAX, nocturnus corvus, *cos*, aliis bubonem, aliis noctuam, aliis cucullum, aliis vesperilionem significat, à *cusa*, tectus est, quia occultatur ab oculis hominum, captans loca deserta et inculta. Ut sit, apparet à fonte avem esse desertorum studiosam, nec in locis cultis habitare. Fugio, inquit, hominum consortia more avium lucifugarum et tristium. Mœror me ad tenebras adigit, ac si essem corvus nocturnus, noctua, aut bubo, habitans in secreto ac tenebroso aliquo angulo domicilii, qui lucem fugit et hominum conspectum, noctibus autem vigilat, et cantat veluti carmen lugubre. IN DOMICILIO, in ædium ruinis et parietinis. Unde Hebraicè, *haraboth*, in desolationibus, locis desertis et devastatis.

VERS. 9. — VIGILAVI ET FACTUS SUM (1), transegi

(1) Addit ad fletum et jecunia solitudinem et vigiliam, quæ propria sunt verè poenitentium; nisi enim quis à frequentia hominum ad tempus se subducit, et seriò vigilans recogitat magnitudinem et multitudinem peccatorum suorum, vix fieri potest ut ea dignè deflectat. Tres aves commemorat Propheta, quibus poenitentem similem facit: *pelicanus*, alias onocrotalus, avis est in solitudine degens; *nycticorax*, alias noctua, sive bubo, degit in domibus dirutis, sive in parietibus tecto carentibus; et quod nos legimus, *in domicilio*, supplendum est, diruto. Sic enim habetur in textu Hebraico. S. Augustinus legit, *in parietinis*, et explicat, in ædificiis, ubi muri stant sine habitatore; *passer solitarius* habitat quidem in domibus, sed in parte domus supremâ, ut magis supra domos quam in domibus habitare dicendus sit. In Græco habetur *ἐν δώματι*; notat S. Hieronymus, in Epist. ad Suniam et FreteLLam, in Palestinâ et in Ægypto non esse in usu tecta acuminata, sed plana, quæ etiam solaria dicuntur, in quibus frequenter conveniunt homines ad fabulandum, apicandum et convescendum; proinde idem esse in domate et in tecto, quia quod Romanis est tectum, Palestinis est *doma*; et quod dicitur, *Matth. 10: Prædicare super tecta*, intelligendum esse de ejusmodi solaris, sive domatibus, ut etiam quod dicitur, *Act. 11, de S. Petro: Ascendit in superiora domus, ut oraret*. Significant autem hæc tres aves tria genera poenitentium: aliqui enim omnino loca deserta petunt, ut Maria Magdalena, Maria Ægyptiaca, Paulus primus eremita, Antonius, Hilarion, et alii plurimi, qui dicere possunt cum Propheta, *psal. 54: Elongavi fugiens, et mansi in solitudine*; et quemadmodum pelicanus cum venenatis animantibus, ac potissimum cum serpentibus bellum gerit, ut S. Hieronymus scribit, sic anchoræta cum demonibus assidue luctantur, et ex vicioris adversus dæmones quasi pascuntur. Alii poenitentiam agunt intra civitates, sed in cœnobiiis et exiguis cellulis, quasi in tuguriis; et à mundo separati quasi nycticoraces, magnam noctis partem in divinis laudibus decantandis consumunt; *nycticorax* enim dicitur, quasi noctu clamans; et sicut nycticoraces ex timore clamant, ita poenitentiam agentes ex timore judiciorum divinorum in orationibus, et hymnis, et canticis spiritualibus clamant. Denique alii, qui vel alligati uxoribus, vel officio publico fungentes, non possunt corpore ab hominum frequentia separari, veluti passeress solitarii in tectis habitant, eminentes animo non solum super turbas, sed etiam super ipsas domos. Hi quidem in mundo sunt, sed de mundo non sunt, dum non subijciunt opibus, aut honoribus, aut secuti negotiis; sed ea sibi subjiciunt, illis præstant, eaque disponunt atque dispensant, et non sicut se ita capi aut illa

noctem insomnem : præ tristitiâ somnum capere non potui, aliis dormientibus vigil perseveravi. *Sakad* hoc infert; vel die non meliùs habui, neque levatum me sensi. Nam, ubi evigilavi, factus sum sicut passer, tristis et desertus ab omnibus. Sicut passer; *tsippor* quamlibet aviculam significat. Factus sum tristis, qualis est solus in tecto passerculus. Solitudinem aliqui conferunt ad viduitatem. Quasi passer conjuge orbatus lugens, et à grege reliquorum se abducens. Verùm *co-ded*, propriè solitarius, captans solitudines; unde apud Oseam dicitur de feris.

VERS. 10. — QUI LAUDABANT ME (1). Ficti amici, et simulati, qui ore laudabant, corde insidiabantur. Augustinus. Vel qui olim tempore prospero me laudabant, nunc hoc adverso contra me conspirant. Alii per antiphrasim exponunt: qui debacchabantur in me, qui blasphemabant me, qui insana et ludicra in me jactabant, mihi que insultabant. Nam *halal* ex illis verbis esse dicitur, quæ contraria significant. JURABANT, conjurabant, conspirabant, sese ad id sacramento obstringentes et juramento animam adversum me firmantes. Alii retinent significationem jurandi: jurabant in me, id est, per me, per meam ærumam et miseriam. Alii execrandi: Execrabantur me. ADVERSUM ME. Ad verbum, in me, id est, adversum me, in meam perniciem, vel, juxta alios, per me, meam calamitatem jurabant, tanquam per aliquod prodigium, sive rem prodigiosam. Qui amici erant rebus florentibus, nunc me sibi statuunt pro execrandi exemplo, proverbio et formulâ: vel alicui malè precaturi, sortem meam ei imprecabantur.

VERS. 11. — QUIA CINEREM TANQUAM PANEM MANDUCABAM. Cinerem, vel pulverem panis loco, sive cum pane, comedebam præ mœrore, uti solent qui proni, vel in pulvere lugent. Præ lacrymis, inter cibum capiendum non distinguebam inter panem et cinerem quo panis sive cibus erat aspersus. Lacrymæ nihil me sinebant abstergere, nihil me discernere in pulvere, sive in cinere jacentem, more lugentium. Possit esse hypallage, pro, *tanquam cinerem panem manducabam*, id est, sine gustu et suavitate, perinde ac si comedissem cinerem. Adeo eram calamitate confectus, ut ne-

queari, quin animus liberè in solitudine degat, et in cœlis subinde versetur. Horum est proprium vigilare et prædicare super tecta; vigilare adversus tentationes et pericula sua et suorum; et verbo atque exemplo prædicare his quibus præsumt. Estque hoc genus utilissimæ penitentis, in sublimi loco utilitatem servare, in amplis opibus sobrio victa et tenui vestitu contentum esse, ut abundanter tribui possit his qui necessitatem patiuntur; in magnâ peccandi licentiâ corpus castigare jejuniis, et vitæ asperitate in servitutem redigere; denique proximis ex charitate servire, eorum infirmitatibus compati, eorum molestias et scandala suscinere. (Bellarminus.)

(1) Qui mihi in os blandiebantur; qui laudare solebant. *Adversum me jurabant*, conjurabant. Non deerant apud Judæos, miserimisi licet temporibus, qui apud regem grati florent, qualis Nehemias, 2 Esdr. 4 et seqq. His igitur perversi homines multa adblanditi, tamen, conjuratione factâ, pessima intentabant. Sic etiam, solutâ captivitate, Sanaballat et alii ibid. 6, † et seqq. (Bossuet.)

que cibus neque potus mihi saperet. Et POTUM MEUM CUM FLETU MISCEBAM. Non intermittebam luctum, ne bibendo quidem, etsi vino pelli soleant curæ.

VERS. 12. — A FACIE IRÆ INDIGNATIONIS TUÆ, propter iram tuam vehementem, propter calamitatem mihi vehementiâ iræ tuæ immissam. Hoc hemistichium: Quia à facie iræ tuæ, cinerem tanquam panem manducabam. Sic se gerebant contra me, quia propter tuas plagas miser eram, miseram ducebam vitam, cinerem unâ cum pane manducando, et me conficiendo lacrymis. QUIA ELEVANS, quia magnâ vi et impetu me sublatum in terram abjecisti, ut qui pondus altè extollit, deinde graviter et violentè ad solum affligit et jaculatur. Extulisti me in altum, ut graviore casu in extremas miserias me dejiceres. Significatur gravissima collisio. Alioqui: Evexisti me ad res prosperas, nunc verò me ad infelicissimas dejecisti.

VERS. 13. — DIES MEI SICUT UMBRA, quæ assidue minuitur, vel quæ inclinât ad vesperam, et ad occasum tendit. Alii: quæ fit assidue major et tenebris propinquior, jamjamque in tenebras evanescens, qualis est serotina, ut infra, Psal. 108, v. 23: *Sicut umbra cum declinat*; et Virgil.:

Majoresque cadunt altis de montibus umbræ.

Et Psal. 143, v. 4: *Umbra præterit*; nam adventu luminis et tenebrarum perit. Sicut FOENUM, sicut herba demessa, vel solis ardore percussa.

VERS. 14. — MEMORIALE TUUM IN GENERATIONE, passivè: Tui memoria et mentio est sempiterna, neque deletur annis. Durat in perpetuum.

VERS. 15. — TU EXSURGENS MISEREBERIS SION. Vaticinatur de restituendâ Hierusalem, et per Cyrum aliosque reges, et per Christum. EXSURGENS, veluti à quiete et somno. QUIA VENIT TEMPUS; quia tempus duntaxat repetitur ad epizeuxim. Nam satis fuerat dicere: Quia tempus miserendi ejus (Sionis) venit. Quòd tot præcesserint cruce, tam multæ, tam diuturnæ, ut ejus misereris, tempus postulat. In Hebræo est auxesis potius quàm epizeuxis, quoniam postquam, priore loco *heth* dicitur, et minùs significat, posteriore *mophed*, id est, occasio, opportunitas, tempus certum et constitutum, cujus occasio non sit prætermittenda; quod aliqui referunt ad septuaginta annos captivitatis Babylonice jam exactos. Latine: Quia venit tempus, ut (vel quo) ejus misereris, imò verò opportunitas tempusve à te constitutum et præfinitum.

VERS. 16. — QUONIAM PLACUERIT SERVIS TUIS. Enumerat causas cur debeat Deus misereri Hierusalem, id est, eam excisam à Babiloniis et similibus instaurare. Nempe quia pii id multis modis efflagitant, deinde quia sic contingit gentium et regnorum conversio. Illa enim contigit sub secundo templo Zorobabelio, non primo Salomoni. LAPIDES EJUS, rudera et fragmenta, ruinæ ejus Sion, et parietinæ tuis cultoribus: gratæ sunt præ voluptuosis et magnificis exiliorum palatiis, quòd illic te purè et liberè colant. Anteponunt scilicet mundi voluptatibus cultum tuum, *nudentes affligi cum Dei populo, quàm temporarii peccati*

habere jucunditatem, ut de Mose scribitur Heb. 11, v. 25. Est autem ratio rationis proximæ. Quia venit tempus et occasio. Placuerunt enim servis tuis ejus lapides et gratum habent ejus pulverem. (Terra hic, ex Hebræo *haphar*, pro *polvere* accipitur.) Parum aptè, *servos*, Cyrum et Darium exponunt quidam, quibus placuerit Hierosolymam restaurari. Nam id congruentius de Nehemiâ et cæteris Judæorum reducum principibus, qui in ejus libro memorantur mœnia urbis, i. e., loca vacua restaurâsse. Deinde loquitur potius de restitutione per Christum, cujus alioqui umbra fuit Babylonica. Ergo in genere de piis Dei cultoribus (1).

VERS. 17. — ET TIMEBUNT GENTES (2). Cedit hic versus in sequentem. Ita te timebunt ac reverebuntur exterae gentes et reges, qui tibi nunc insultant, quod restauraveris Sionem. Et est vaticinium de gentium in Ecclesiam introitu.

VERS. 18. — QUIA ÆDIFICAVIT. Ædificasti, ô Domine, sive reedificasti, restaurasti, reparasti Sionem, et videbris in gloriâ tuâ. Enallage personæ. Nam loquitur de adventu Christi in terras, stante templo, et Hierusalem reparatâ post captivitatem. Ædificare pro reedificare passim. Vel citâ enallagen respicit ad Deum Patrem, per distinctionem divinarum hypostaseon. Aliqui: *quia*, pro *cum*, *dum*. ET VIDEBITUR (3),

(1) ET TERRÆ EJUS MISEREBUNTUR; pulverem ejus miserentur; Hebr.: Etiam ruinas obrute patriæ, templique rudera et cineres diligunt, ac super illis dolent; ut illi qui ad locum templi diruti locum deflebant, Jerem. 41, 3, ut Nehemias, qui locum paterni sepulcri desiderabat, 2 Esd. 2, 5. (Bossuet.)

(2) Ex hoc loco intelligimus, minùs rectè exponi hunc Psalmum ab iis qui docent in versiculis præcedentibus prædici reversionem Judæorum ex captivitate Babylonicâ, et reedificationem Jerusalem eversæ à rege Nabuchodonosor; non enim tunc omnes gentes terræ timebant nomen Dei, neque omnes reges gloriam ejus. Siquidem hæc adventui, et glorificationi Messie reservabatur, et, ut prædictum fuit, sic et adimpletum fuisse constat. At igitur: *Et timebunt gentes*, id est, et tunc cum ædificabitur nova Sion, gentiles convertentur, et timebunt timore sancto, piâque veneratione nomen tuum, Domine Jesu Christe, et omnes reges terræ pariter convertentur et timebunt gloriam tuam, id est, majestatem tuam, ut Regis regum et Principis regum terræ sedentes ad dexteram Patris, donec subjiciantur sub scabellum pedum omnes inimici tui, et postea venturi Judicis omnium vivorum et mortuorum, et reddituri singulis secundum opera ipsorum. (Bellarminus.)

(3) ET VIDEBITUR IN GLORIA SUA. Etenim homines à verâ religione abhorrentes, quàm viderent Hierosolymam et templum Dei eversa esse ejusque cultores omnibus calamitatibus oppressos, irridebant ipsum Deum, tanquàm imbecillum, quique sibi, ac suis opitulari non posset; itaque urbs instaurata, et populus in libertatem vindicatus, et templum magnificentissime extractum, hæc, inquam, omnia ad maximam Dei gloriam redundatura erant.

Sed hæc, et ea que sequuntur, imprimis dicta sunt à viro sancto de ædificatione Ecclesie, et regno Christi, quarum rerum imagines atque umbræ erant res que exponuntur in his versibus. Siquidem cum Deus gentem Hebræam durissimâ illâ servitute Babylonicâ liberaret, significabat se, misso Christo, liberatum crudelissimâ tyrannide diaboli genus humanum, quod vinculis, et compedibus vitiorum et scelerum ob-

ut in Baruch v. 5: *In terris visus est, et cum hominibus conversatus est*. Dominus Christus videbitur in Sion in suâ gloriâ, et miraculorum splendore, atque potentiâ, juxta illud Joan. 1, v. 14: *Vidimus eum quasi unigenitum, plenum gratiæ et veritatis*. Et 1 ibid. 1, v. 1: *Quod vidimus de Verbo vitæ, etc.*

VERS. 19. — RESPEXIT IN ORATIONEM HUMILIUM (1). Explicaverunt metaphoram. Nam *harhar* myricam propriè sonat, vel juniperum, humile virgultum, humi repens, vixque in terrâ apparens. Anonymo, cicadam vernem æstivum, insecti genus, æstivis duntaxat mensibus apparens, et canorum, ut quod totâ die canat et strideat. Abjecti, inquit, humilisque precem exandivit, qui non nisi æstate, cum persecutionum hiems transit, canere et apparere audeat.

VERS. 20. — SCRIBANTUR HEC IN GENERATIONE ALTERA (2), futurâ, vel ultimâ. *In*, pro, *ad*. Ad posterius strictum, mortique sempiternæ addictum erat. Instauratio autem Hierosolymorum et templi significabat constitutionem religionis christianæ, et Ecclesie sanctæ, in quam populi et reges convenire crant ad colendum et venerandum, verum Deum abjectâ superstitione, atque illa ille videndus erat in gloriâ suâ, id est, nomen ejus omnibus terrarum (nibus celebre futurum erat, cum scilicet mortales intelligentes ipsum esse qui per unigenam Filium suum non solum omnia peccata delet, sed etiam vitam beatam et immortalem donat, deos fictos et commentitios repudiarent, atque illius sanctissimo numini summâ reverentiâ preces, cultus, honores adhiberent. (Flaminius.)

(1) Hæc referuntur ab aliquibus ad preces Sanctorum prophetarum et piorum virorum Testamenti veteris, qui expectabant adventum Messie; sed fortassè rectius sentiunt, qui referunt ad preces sanctorum martyrum, qui dicunt in Apoc. cap. 6: *Usquequò, Domine, non judicabis et non vindicas sanguinem nostrum de his qui sunt in terrâ?* Videbitur ergo Filius Dei in gloriâ suâ, quia respexit in orationem humilium martyrum, aliorumque piorum servorum suorum, et non sprevit preces eorum, et idèd venit iudicaturus et vindicaturus sanguinem eorum de his qui sunt in terrâ. Hæc expositio melius connectit verba Psalmi: nam secundum priorem expositionem, præsens versiculus reddit rationem verborum illorum: *Tu exurgens misereberis Sion*, quæ habentur in vers. 14; at secundum expositionem posteriorem reddit rationem verborum quæ habentur in versiculo proximè præcedenti, imò in secundâ parte versiculi, videlicet: *Et videbitur in gloriâ suâ*. (Bellarminus.)

(2) Ne Judæi sibi tribuerent hanc prophetiam, et ne fortè intelligerentur quæ supra dicta sunt de solutione captivitatis Babylonicæ et ædificatione Jerusalem terrene, placuit Spiritui sancto disertis verbis admonere, quod postea scripsit S. Petrus in epist. priore c. 1: *Propheta de futurâ in vobis gratiâ prophetaverunt; et infra, quibus revelatum est, quia non sibi metipsis, vobis autem ministrabant ea que nunc annuntianta sunt vobis per eos qui evangelizaverunt vobis*. At igitur Spiritus sanctus per eos David, scribantur hæc in generatione alterâ, id est, notatur hæc mysteria pro generatione olim futurâ: dicitur enim in generatione alterâ, pro, in generationem alteram, *eis quædò ἐπεσσω* ut habetur in Græco; vel, pro, generationi alteri, sive ad generationem alteram, ut verti potest in Hebræo. Neque nullum refert, quod in Hebræo et Græco habetur in numero singulari, scribitur hoc; nam idem omninò est sensus. *Et populus, qui creabitur*, id est, populus, qui erit futuris temporibus. *Laudabit Dominum*, cum viderit impleta que tanto antea prædicta sunt. Fortassè etiam, ut notat S. August. insinuat per populum qui creabitur, nova

tatem hæc scribantur de Christo, et beneficiis ejus; vel in dativo, ætati alteri, sive postremæ. *Akharon* utrumque designat, et h̄ est index tam dativi casus, quam præpositionis *ad*. Oportet ut hæc liberatio apud posteros perpetuæ memoriæ consecratur, ut illi Deum laudent. QUI CREABITUR, populus christianus, quem Deus creavit *et, genuit Verbo vitæ*, 1 Petr. 1, v. 23, Jac. 1, v. 18. *Voluntariè enim genuit nos Verbo veritatis, ut simus initium aliquid creaturæ ejus*. Sic supra Psal. 21, v. 32, ut perpetuâ successione christiana Ecclesia perpetuetur.

VERS. 21. — QUIA PROSPEXIT DE EXCELISO, de cælo sublimi suo sanctuario, ut se mox explicet. Dei majestatem in cælo imaginamur potius quam alibi, etsi nullo certo loco contineatur, tum propter loci sublimitatem et excellentiam, tum quod illic sui gloriam et gratiam copiosissimè impertiat.

VERS. 22. — UT AUDIRET GEMITUS. Fructus divinæ visitationis et redemptionis, usque ad versum 25. COMPEDITORUM, exulum, miserorum, veluti pedicis constrictorum. INTEREMPTORUM, Hebraicè, *themutha*, i. e., mortis, quod vulgò exponunt, filios morti destinatos, necibus objectos. Alibi, filius mortis, dignus morte, 2 Reg. 12, v. 5.

VERS. 23. — UT ANNUNTIENT, prædicent, celebrent.

VERS. 24. — IN CONVENIENDO POPULOS IN UNUM, quando convenient populi et reges, dùm congregabuntur in eundem locum et eandem Ecclesiam, ut Deum colant et serviant. Pendet è superiore: Annuntiabant in Sion laudem tuam, quando populi et regna eodem convenerint ad Deum colendum. REGES. Exposuerunt abstractum pro concreto. Nam ad verbum, regna. Alii malunt idem aliis verbis enuntiari, ut regna significant et reges, et regum populos.

VERS. 25. — RESPONDIT EI IN VIA VIRTUTIS SUÆ (1). Respondit, locutus est populus Domino (mutatur numerus) pro modulo virtutis suæ et potentiae, secundum suas vires, toto conatu et studio. (Hoc enim post declarat, *in viâ virtutis suæ*.) PAUCITATEM, etc. Hic enim post absolutum vaticinium de restaurandâ Sione per creaturam, de qua dicit Apostolus ad Gal. 6: *In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura*; et ad Ephes. 2: *Creati in Christo Jesu in operibus bonis*. (Bellarminus.)

(1) *Viam*, aliqui de variis exiliis migrationibus interpretantur, Chaldaeo auctore, qui hunc versum sic reddidit: *Afflicta est à labore itineris exilii vis mea, abbreviati sunt dies mei*. Quod sanctus Aben-Esra, poeta, inquit, hoc dixit sub personâ piorum, qui exules erunt in terrâ longius remotâ, quàm venerit tempus salutis, quod morituri videantur in viâ, antequam Hierosolyman veniant. *Affixit*, scil. hostis, per viam, virtutem meam, i. e., itineris longitudine et vexatione demigrandi, diversaque loca et regiones commutandi; itaque accisis viribus absumptisque diebus verorè ne me prius vita deserat, quam salutis et liberationis tempus adveniat. Magis consentaneum tamen videtur, *viam* h. l. de cursu vitæ accipere, et nomen ad Deum intelligere, hoc sensu: Exercet nos Deus in hoc cursu nostro, in presente conditione nostrâ, graviter, et debilitat vires nostras; labore et dolore præcidit nobis de tempore vitæ nostræ. (Rosenmuller.)

vocationem populorum, incipit mimesis populi hujus novi, orantis, ac precantis vitæ diuturnitatem, ac persecutionum mitigationem, quò Dei notitia perpetuetur, quemadmodum ipse est perpetuus et æternus. PAUCITATEM, inquit, DIFFORM MEORUM NUNTIAM MIHI; indica mihi, quandiu victurus sum, ut sciam an futurus sim superstes, quo tempore perficies ista, sive tempore redemptionis et salutis, è Kimhi. Sept. rectius hic distinxerunt, et commodioribus punctis legerunt Heb. quàm Masoretæ. Nempe sic: *Hanu baderec chotho koho kotsar iamai amar eli*. Respondit (ei) in viâ virtutis suæ, breviter dierum meorum dic mihi, sensu quem explicavimus. Cùm Masoretæ adhibendo alia puncta, duas ultimas voces rejciunt in principium sequentis versûs, primum reddant sensum viduam satis expositum, deinde versum faciunt multò breviorè quàm reliquorum mensura patiatur; deinde *choho* scriptum per *vau*, legant pro suâ auctoritate, per *jod*, ut *chahi*, sit *chathib*, et *chohi*, sit *kari*, quemadmodum ipsi loquuntur, quò aliter legendum censent, quàm scribatur, *hanna baderec chohi kitsur iamai*: *Amar eli*, i. e.: *Affixit in viâ virtutem meam, abbreviavit dies meos, dicam: Deus meus, ne voces me*, etc., quasi populus congeratur de malis quibus affligitur ab exteris nationibus vel de tarditate adventus Messiae, in quo expectando, veluti medio itinere crucietur. Ubi primum dubitatur de coherentia: secundò de supposito, dùm alius derepentè est *hostis*, alius *Deus*. Tertio quid hic significet *in viâ*, nisi quòd simpliciter videatur sumendum pro cursu vitæ.

VERS. 26. — NE REVOCES ME IN DIMIDIO DIERUM MEORUM, ne me ad te voces, ut moriar, ne me tollas de hoc mundo ante tempus, ut moriar in exilio, neque videam consolationis diem, nempe adventum Christi, sive primum, sive, juxta aliquos, secundum, quo universum humanum genus renovabis atque restitues: ut precetur Ecclesiæ cursum cum pace perduci ad seculi consummationem, veluti miseriarum suarum portum, Gall. : *Ne m'appelle point*. Est enim compositum pro simplici. Quanquàm etiã revocandi verbum non est alienum, ut doceatur animam quodammodo fuisse apud Deum, quia eam creavit divinitus. Sic enim scribitur, Ecol. 12, v. 7: *Antequam revertatur pulvis in terram suam, et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum*. Et, Isa. 55, v. 10: *Pluvia redit in cælum, nempe quia inde, id est, è cælo sive Deo, habent ista singularem originem*. Hebraicè, *alhuhaleni*, ne me succidas, vel, ne subducas me. Quâ formulâ apud poetas filium vitæ ab unâ Parcarum netum, altera secat. Chald. : *Ne tollas me de seculo hoc in dimidio dierum meorum, adduc me in seculum venturum, quia in ætate ætatum suarum anitui*. Non est negligenda eorum explanatio, quibus dimidium dierum designat juveniles virilesque annos, q. d. : Ne me tollas in florenti ætate, quo tempore sim immersus voluptatibus vel curis seculi, ambitioni, habendi cupiditati, etc. Ne moriar imparatus et parùm pius. Nam duæ ætates sunt mortis commodiores ad salutis statum, pueritia et senectus, ut magis pie et innocè. Illa, quòd nondum corrupterit naturæ igniculus

et virtutum semina, nondùmque didicerit humanas perversitates, neque senserit carnis incendia; hæc, quod incommodis multis obnoxia, et sentiens sibi hinc esse brevi migrandum, sollicita sit de Deo, de sua salute, de futuro seculo. ANNI TUI, sunt.

VERS. 27. — INITIO TU, DOMINE, TERRAM FUNDASTI. Pro Christi divinitate, majestate, omnipotentia, citat hunc versum cum duobus sequentibus Apostolos, Hebr. 1, v. 18, 11 et 12. DOMINE. Desideratur in fonte. Sed rectè additum, ad docendum Christo nominis tetragrammati etiam competere vocabulum. Quare et Paulus eo loco sic citat.

VERS. 28. — IPSI PERIBUNT, cœli à suo statu, in quo nunc sunt recedent, et omnes antiquabuntur instar vestimenti, quod cum per vetustatem detritum fuerit, innovari debet. Sic enim et cœli, cum ad consummationem seculi pervenerint, immutabuntur ad novitatem majoris gloriæ. Nam futura est cœli et terræ mutatio, non in totum abolitio, ut abjiciant vestimentum corruptionis, et induant novam vestem incorruptionis. Sic ferè interpretes, ut perire intelligatur ratione qualificatum, non substantiæ, de quo lege D. Petrum. R. David docet quosdam intelligere de simplici interitu, ut eorum substantia abeat in nihilum; alios subaudire, saptæ naturæ, vel, si velis, ò Domine, q. d. : Ex se sunt corruptibiles, et perirent, nisi tu eos in æternum conservares; ut non pereant, hoc habent per accidens, quia tu non vis. Hæc perennitas eis est adventitia, ut de diis minoribus pronuntiavit Plato in Timæo. Nostri interpretantur de interitu non substantiæ, sed qualitatum et accidentium, ut Hieronymus, in 51 Isaïæ. Proclus apud Epiph. hæresi 64, et Cæsarius, q. 71, hunc versum refert ad universorum creationis operum dissolutionem. Ipsi, cœli scilicet et terra dissolventur, et omnes ut vestimentum veterascent. Sequentem verò ad eorumdem renovationem, και προς τὸ κρείττον μεταστοιχείω. Unde in Rom. Psalterio, ipsa, et omnia, neutro genere. Hebræa ferunt etiam masculinum genus. OMNES cœli. *

VERS. 29. — SICUT OPERTORIUM, id est, indumentum, ex Hebræo *cabbeghed*. Sicut atteri et immutari usum et tempore solet indumentum, mutabis cœlos, et innovabis mutatione gloriosâ, cum liberabis eos à servitute et vanitate, cui nunc propter hominem sunt subjecti, Rom. 8, v. 20. MUTABIS, ἀλλάξεις alterabis, ut respondeat Hebræo *thahaliphem*, mutabis, innovabis eos. In aliquibus exemplaribus ἰλλέξς, volves, vertes, rotabis. Et MUTABUNTUR. Quod ante dixit, pe-

ternité de Dieu; elle dit que ces années sont dans la génération des générations, pour faire entendre qu'elle doit attendre dans le ciel une durée égale à celle de Dieu. Car l'Église sur la terre est composée de générations qui se succèdent et se succéderont jusqu'à la fin du monde. Quand cette fin sera arrivée, Dieu formera de toutes ces générations une génération dans laquelle seront ses années, c'est-à-dire son éternité; et l'Église sera éternelle comme Dieu même; elle jouira des années de Dieu, et ces années sont l'essence même de Dieu : essence où il n'y a ni passé ni futur, mais où tout est présent sans variation et sans succession. A ce sujet, le même saint Père entre dans une très-belle explication de ce que Dieu dit à Moïse, en lui déclarant que son nom était : *Celui qui est*. Ce morceau est plein de grandeur, d'élevation, de justesse : il faut le lire dans l'ouvrage même du saint docteur.

Ces mots du Prophète : *Vos années, Seigneur, sont de génération en génération, ou dans la génération des générations*, comme portent l'hébreu et le grec, et comme a lu saint Augustin, sont comme le préambule des trois versets qu'a cités l'apôtre saint Paul : citation si importante pour le dogme de la divinité de Jésus-Christ.

VERSETS 26, 27, 28.

Toute la différence de l'hébreu est qu'il porte au second verset *permanebis*, au lieu de *permanes*, quoi qu'on puisse aussi traduire ce futur par le présent, comme ont fait les LXX. Ceux-ci, comme l'hébreu, commencent le troisième de ces versets à *tu autem idem ipse es*, ce qui ne change rien au sens.

Une différence plus considérable est dans le grec : on y lit au troisième verset *ἐἴτετις αἰῶνος*, et on lit de même dans l'Épître aux Hébreux; mais on a observé que, dans les manuscrits d'Oxford, du marquis de Vely, et de l'abbaye de Saint-Germain, il y a *ἐἴτετις αἰῶνος*, conformément à l'hébreu du psaume, et c'est la leçon que suit notre Vulgate. Il y a cependant un bon sens dans *ἐἴτετις* : *Vous priez les cieux comme un manteau dont on ne se sert plus*.

Le Prophète, et le peuple au nom de qui il parle, exalte ici l'éternité, l'immutabilité, la toute-puissance de Dieu; et il l'oppose à la dépendance, à la mutabilité et à la durée finie de la terre et des cieux. Il dit que ces ouvrages de Dieu *périront*, qu'ils *vieilliront*, qu'ils *seront changés* : ces deux derniers mots paraissent expliquer le premier. Ils *périront*, non quant à la substance, mais quant à la forme; ils seront remplacés par une nouvelle terre et par de nouveaux cieux, comme s'exprime saint Pierre dans sa seconde Épître. Ce passage ne démontre cependant pas absolument que la terre et les cieux ne seront pas anéantis. La plupart des SS. Pères ont cru cet anéantissement, et l'on peut croire que cette nouvelle terre et ces nouveaux cieux dont parle saint Pierre seront le séjour des bienheureux. Mais quoi qu'il en soit de ces diverses opinions, il y a ici une observation très-importante sur l'usage qu'a fait saint Paul des trois versets de notre psaume dans son Épître aux Hébreux.

Cet apôtre applique évidemment ces trois versets à Jésus-Christ, et par conséquent il enseigne que Jésus-Christ est le créateur du ciel et de la terre, Dieu éternel, immuable, invariable, au lieu que toutes les créatures sont destinées à périr ou à être changées. Il s'agit assurément, dans ce psaume, du vrai Dieu, unique, éternel, immuable et créateur de toutes choses. Saint Paul reconnaît ces mêmes attributs en Jésus-Christ; donc Jésus-Christ est le vrai Dieu, le Dieu unique; il est Dieu comme son Père, qui l'a envoyé. Toute la différence entre le psaume et la citation de saint Paul, c'est que dans le psaume le peuple d'Israël, ou le prophète en son nom, parle à Dieu, et que dans l'Épître aux Hébreux, c'est Dieu lui-même qui parle à son Fils : car ces versets se lient avec les précédents, où il est dit que Dieu a dit à son Fils : *Vous êtes mon Fils, je vous ai engendré aujourd'hui.... Votre trône, ô Dieu, subsiste éternellement, etc.*

Il est inconcevable à quel point d'aveuglement on soit venus les Sociniens sur l'article de la divinité qu'ils refusent à Jésus-Christ. Quand il s'agit de ces trois versets cités par l'Apôtre, ils conviennent d'abord que dans le psaume il s'agit du vrai Dieu éternel, immuable, créateur de toutes choses; mais, quand il faut expliquer la citation de l'Apôtre, ils se tournent en mille manières différentes pour en éluder la force. Je ne fais mention ici que de deux (1), l'un plus hardi et plus insensé; l'autre plus artificieux, mais presque aussi ennemi de la divinité de Jésus-Christ. Le premier dit sans façon que saint Paul, faisant l'éloge du Messie dans son premier chapitre aux Hébreux, en prend occasion d'exalter, d'après le Psalmiste, l'éternité, l'immutabilité, la toute-puissance de Dieu. Selon lui, tout cet endroit de l'Apôtre n'a aucun trait au Messie; c'est un hors-d'œuvre qui n'a rapport qu'à Dieu. Quoi de plus étrange qu'une telle pensée? N'est-ce pas faire de l'Apôtre un écrivain sans jugement, sans précision, sans connaissance de la matière qu'il traite? Il veut instruire les Hébreux de l'excellence du Messie, et l'on vient nous dire qu'il quitte tout d'un coup cet objet pour rappeler les éloges que le Psalmiste fait des attributs de Dieu! Mais ce serait perdre le temps que de réfuter sérieusement une pareille absurdité. La seule conjonction *et*, qui est dans le verset 10 : *Et tu in principio terram fundasti*, suffit pour démontrer que la citation se lie avec tous les versets précédents, où il est question du Messie.

L'autre socinien, ou fort suspect de l'être, convient que les trois versets se rapportent à Jésus-Christ; mais il entend la terre et les cieux de ceux qui les habitent et qui les gouvernent. Ainsi, selon lui, l'Apôtre voudrait dire que Dieu aurait établi jusqu'au Messie les hommes et les anges, pour administrer les choses de ce monde, et surtout celles de la religion; mais que, depuis l'avènement du Messie, tous ces administrateurs subalternes seraient dépouillés de leur autorité, et que celle du Messie serait établie pour être désormais invariable. Pour rendre probable cette singulière interprétation, cet Anglais rassemble beaucoup de passages où la terre et les cieux sont pris pour des royaumes, pour des rois, pour des peuples; mais tout cela est étranger à la question. Et il suffit de dire que l'Apôtre doit avoir pris les trois versets dans le sens qu'ils ont chez le Psalmiste; autrement il n'aurait rien prouvé aux Hébreux, et ceux-ci auraient pu lui dire qu'il dénaturait le sens du Prophète pour en faire une allégorie. Or, le Psalmiste entend certainement que Dieu a établi dès le commencement le ciel et la terre, que ces créatures périront; et que Dieu seul subsiste éternel et immuable. Qu'on lise attentivement ces versets, soit dans le psaume, soit dans S. Paul, on se persuadera de plus en plus qu'il s'agit de la création proprement dite. Joignez-y la fin du 25^e verset du psaume, *in generationem et generationem unni tu*, et le commencement du 13^e verset, *tu autem, Domine, in eternum permanes*; et vous verrez qu'il s'agit toujours de la vraie et unique immutabilité, qui ne convient qu'à Dieu seul. Or, cet attribut est reconnu en Jésus-Christ par l'Apôtre; donc Jésus-Christ est Dieu.

Je n'ajoute plus qu'un mot sur la leçon de S. Paul, *tu autem permanebis*. Il y a *permanes* dans notre Vulgate du Psalme, et *ἐἴτετις αἰῶνος* dans le grec de ce même psaume, et dans le grec de l'Épître aux Hébreux. Sur ce dernier cependant on a la variante *ἐἴτετις αἰῶνος*, qui pourrait être la leçon qu'a eue S. Paul. Mais, quoi qu'il en soit, ou la différence est très-légère, ou S. Paul a voulu se conformer à l'hébreu, qui porte le futur; ou, comme on l'a conjecturé, la question ayant pour objet Jésus-Christ, qui, à raison de son humanité, ne peut être dit *éternel*, comme il l'est à raison de sa divinité, l'Apôtre aura préféré *permanebis*, pour faire entendre qu'il parle de l'homme-Dieu, qui a eu un commencement, mais qui n'aura point de fin.

(1) Damme, Allemand; Peirce, Anglais.

Il résulte donc de la citation des trois versets, que notre Psaume regarde Jésus-Christ, même dans le sens le plus littéral, puisque l'Apôtre n'aurait rien prouvé sans cela. S'il y a en même temps un autre sens relatif à l'état des Juifs captifs à Babylone, il faut, ou que les Hébreux, à qui l'Apôtre écrit, aient su la doctrine des deux sens littéraux, ou, qu'étant déjà convertis, ils s'en soient rapportés à l'Apôtre sur l'usage qu'on pouvait en faire. Ce qui peut faire croire qu'il y a deux sens littéraux dans ce psaume, c'est 1^o que plusieurs de ces versets s'expliquent fort naturellement de l'état des Juifs captifs à Babylone; 2^o que dans la citation de l'Apôtre, c'est Dieu qui parle à son Fils, et que dans le psaume, c'est le peuple ou le Prophète qui parle à Dieu.

RÉFLEXIONS.

Ce que nous connaissons de plus durable en ce monde, c'est le ciel et la terre. Depuis la création, ils persévèrent dans le même état; ils ne cessent de répandre sur nous les biens que la Providence a mis dans leur sein. Cependant ces grands corps, si fidèles aux lois que Dieu leur a imposées, vieilliront, comme dit le Prophète, ils cesseront d'être ce qu'ils sont; et la gloire d'être immuable et inaltérable demeurera à Dieu seul, parce que lui seul est éternel.

Si l'homme fixait ses desirs en Dieu seul, il acquerrait une sorte d'immuabilité qui imiterait celle de Dieu. Tandis qu'il sera hors de ce centre, il parcourra, si j'ose ainsi parler, tous les points de sa propre circonférence, et il n'y trouvera rien qui puisse le satisfaire. Il passera de la légèreté au morne silence, de la joie à la tristesse, du désir d'acquiescer au dépit de se voir frustré de ses espérances; il fera des projets sans nombre, et n'exécutera rien qui le conduise à la paix intérieure. Sa vie se passera dans l'agitation, et il trouvera au terme l'Éternel qui lui demandera compte de tous ces mouvements.

Celui qui n'a d'autre volonté que celle de Dieu, n'a aussi qu'une pensée, qui est celle de lui plaire. Il ramène à toutes ses facultés et toutes ses actions. Toutes les situations lui plaisent, parce qu'il trouve Dieu

1. *Ipsi David.* CII.

Hebr. cm.

2. Benedic, anima mea, Domino : et omnia quæ intra me sunt, nomini sancto ejus.

3. Benedic, anima mea, Domino, et noli oblivisci omnes retributiones ejus :

4. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis; qui sanat omnes infirmitates tuas.

5. Qui redimit de interitu vitam tuam; qui coronat te in misericordiâ et miserationibus.

6. Qui replet in bonis desiderium tuum; renovabitur, ut aquila, juvenis tua.

7. Faciens misericordias Dominus, et judicium omnibus injuriam patientibus.

8. Notas fecit vias suas Moysi; filiis Israël voluntates suas.

9. Miserator et misericors Dominus; longanimis et multum misericors.

10. Non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur.

11. Non secundum peccata nostra fecit nobis; neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

12. Quoniam, secundum altitudinem cœli à terrâ, corroboravit misericordiam suam super timentes se.

13. Quantum distat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras.

dans toutes. Il dit : Dieu, qui est immuable, a droit d'éprouver ma constance; et ce qu'il me donne a dans ses décrets un rapport déterminé avec l'état d'immuabilité qu'il m'a promis. Je dois suivre cette route, quelque difficile qu'elle me paraisse.

VERSET 29.

L'hébreu porte : *Et leur race sera établie en votre présence, ou se conduira en votre présence*; c'est bien au fond le même sens; car celui qui est établi, ou qui marche en la présence de Dieu, ne peut manquer de parvenir à la bienheureuse immutabilité de la vie future.

Ce verset peut encore s'entendre des Israélites et de l'espérance qu'ils avaient de revoir leur patrie, de s'y fixer invariablement; mais les versets précédents font naître de plus hautes idées. Si le ciel et la terre doivent changer d'état, quelle génération d'hommes peut se flatter d'être permanente en ce monde? La sécurité, la perpétuité, l'immuabilité ne se trouvent que dans les années de Dieu dont a parlé le Prophète.

RÉFLEXIONS.

Les changements et les révolutions font, en quelque sorte, le caractère de cette vie. Cela devrait suffire pour nous en dégouter, et pour la trouver indigne de notre amour; mais comme nous avons peu de foi, nous faisons servir les variations mêmes de cette vie à notre inconstance naturelle; nous courons après tous les objets qui se présentent à nous. Jamais nous ne bâtissons sur la pierre ferme, qui est Jésus-Christ. Aussi, tout notre édifice s'éroule à la mort, et nous nous trouvons hors de la demeure éternelle dont parle notre Prophète. Il s'agit donc de réveiller notre foi, et de ne voir que le Roi de tous les siècles, et l'architecte immortel de la sainte Sion; il s'agit donc de construire avec lui et comme lui, de tirer parti des révolutions de cette vie pour avancer notre ouvrage. Il se commence par les larmes, puisque nous sommes pécheurs; il s'élève et il se consomme par l'amour, puisque nous travaillons sous les yeux de celui qui a donné son sang pour nous.

PSAUME CII.

1. Bénissez, mon âme, le Seigneur; et que tout ce qui est en moi rende hommage à son saint nom.

2. Bénissez, mou âme, le Seigneur, et ne perdez point la mémoire de tous ses bienfaits.

3. Il vous pardonnera toutes vos iniquités; il guérira toutes vos infirmités.

4. Il rachète votre vie de la mort; il vous couronne dans sa miséricorde et dans sa compassion.

5. Il comble de biens vos desirs : il fera que votre jeunesse sera renouvelée comme celle de l'aigle.

6. Le Seigneur exerce sa miséricorde, et il rend justice à tous ceux qui sont opprimés.

7. Il a fait connaître ses voies à Moïse, il a fait connaître ses volontés aux enfants d'Israël.

8. Le Seigneur est plein de compassion, il est miséricordieux, plein de patience, et sa bonté est infinie.

9. Il ne se fâchera pas pour toujours, et il ne menacera pas éternellement.

10. Il ne nous a pas traités selon nos péchés, et il ne nous a pas rendu ce qu'il pouvait nous rendre pour nos iniquités.

11. Car autant que le ciel est élevé au-dessus de la terre, autant a-t-il signalé sa miséricorde à l'égard de ceux qui le craignent.

12. Autant que l'Orient est loin de l'Occident, autant a-t-il éloigné de nous nos iniquités.

14. Quomodo miseretur pater filiorum, miserus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognovit figmentum nostrum.

15. Recordatus est quoniam pulvis sumus; homo sicut fœnum dies ejus, tanquam flos agri, sic efferebit.

16. Quoniam spiritus pertransibit in illo et non subsistet, et non cognoscat amplius locum suum.

17. Misericordia autem Domini ab æterno et usque in æternum super timentes eum.

18. Et justitia illius in filios filiorum, his qui servant testamentum ejus,

19. Et memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea.

20. Dominus in cœlo paravit sedem suam, et regnum ipsius omnibus dominabitur.

21. Benedicite Domino, omnes angeli ejus, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendum vocem sermonum ejus.

22. Benedicite Domino, omnes virtutes ejus; ministri ejus, qui faciunt voluntatem ejus.

23. Benedicite Domino, omnia opera ejus, in omni loco dominationis ejus; benedic, anima mea, Domino.

13. Comme un père use de miséricorde envers ses enfants, Dieu a été miséricordieux à l'égard de ceux qui le craignent, parce qu'il connaît le limon dont nous avons été formés.

14. Il s'est ressouvenu que nous sommes poussière; les jours de l'homme sont comme l'herbe, sa fleur n'est que comme celle des campagnes.

15. Car sa vie est passagère, et elle ne sera pas de longue durée; l'homme ne reconnaîtra plus son séjour (sur la terre).

16. Mais la miséricorde du Seigneur est de toute éternité, et subsistera éternellement sur ceux qui le craignent.

17. Sa justice s'étend sur les enfants de leurs enfants, sur ceux qui gardent sa loi,

18. Et sur ceux qui se souviennent de ses commandements pour les observer.

19. Le Seigneur a établi son trône dans le ciel, et sa domination s'étend à tout (ou sur tout).

20. Bénissez le Seigneur, ô vous tous qui êtes ses anges, qui êtes revêtus de force, qui exécutez ses ordres, pour qu'on se rende docile à la voix de ses commandements.

21. Bénissez le Seigneur, ô vous tous qui êtes sa milice, qui êtes ses ministres, qui accomplissez ses volontés.

22. Bénissez le Seigneur, ô vous tous qui êtes son ouvrage; bénissez-le dans tous les lieux de sa domination; et vous, mon âme, bénissez le Seigneur.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2. — BENEDIC, ANIMA MEA; animam suam vocat seipsum, et nomen sanctum Domini, Dominum, poetice. OMNIA QUÆ INTRA ME SUNT, omnia mea inte-

(1) Putant nonnulli exaratum esse à Davide psalmum, postquam molesto aliquo morbo convalescit. Hujus sententiæ origo hære vers. 3, 4, 5, ubi de morbis ac morte, quibus divina ære liberatus est. Syrus de Davidis sermo explicat, quo tempore, cum naturalis calor penè defecisset, feveri non poterat. Explicant Patres ut hymnum eccliaristicum, quem gentes ad Christum converse recitaverunt. Theodoretus, Beda, et vetus apud Corderium Græcus interpres, de Judeis captivitate soluti, gratias de libertate agentibus, interpretantur. Hæc sententiâ optime cum litterâ Psalmi congruit. Carmen est lenissimum, suavissima gratia erga Deum animi sensa et dulcissima fiducia argumenta continens. (Calnet.)

Hebræa inscriptio habet esse *Davidis Psalmum*. Quod si ita est, sicut non videmus habere causas magnoperè dubitandi, omnino factis temporibus illa scripsisse apparet. Atque alii quidem post initia regni Israëliti, pœcato jam regno, aut belli saltem interquiescentibus, factum carmen existimant; alii verò ad lætitiâ illam initiorum Zionii, post introductam arcam, referunt. Sed quàm discrete commemoret peccatorum remissionem, v. 2 et 8, 10, verissimillimum fuerit, tranquillatâ conscientia, post preces Psalmi 51, hæc gratiarum actioem à Davide editam esse, quando post mortem pueri ex Bathsebâ nati, 2 Sam. 12, 20, remissum sibi peccatum statuit. Kimchi et hunc psalmum, ut præcedentem 102, scriptum existimat sub personâ exulum Judæorum, sic ut quisque cordatus ac pius inter illos Deo laudes et gratias exsolvat pro beneficiis in exilio sibi præstitis, et liberationem constanter expectet. Nec sanè absorta fuerit conjectura, vetus aliquod Davidicum carmen exilii tempore totius populi usibus accommodatum fuisse, quàm et ea beneficia quæ Deus et Mosi et universo populo Israëliti præstitit, in hoc psalmo passim celebrentur. Simile exemplum carminis Davidici serioribus temporibus accommodati vidimus, Psal. 23.

(Rosenmüller.)

rora, tam corporis quàm animi, benedicite: cor, peccus, ad intima usque ossa, per prosopopœiam; vel omnes mente cogitationes et intimi animi sensus et affectus per metonymiam.

VERS. 3. — NOLI OBLIVISCI OMNES RETRIBUTIONES (1), beneficia tam spiritualia quàm corporalia. Confirmatio per enumerationem subjecta id ostendit, inter quæ primum est remissio peccatorum; secundum, animi et

(1) Eiusdem repetitio studium et ardorem ostendit. *Retributiones ejus*, hoc est, beneficia, quæ ipse ultra nobis tribuit pro sua inenarrabili misericordia. Chald. *chissutoi*, quod idem est ac *chissudhoi* id est, *beneficia seu misericordius ejus*. Dico optime hunc esse interpretatum. Nam durum mihi videtur beneficia divina *retributiones* appellari, præsertim cum merita nostra dona sint miserentis Dei, nisi cum Bellarmino idcirco Dei beneficia putes *retributiones* nominari, quòd Deus pro tui malis nostris tanta bona assidue nobis retribuât, juxta illud Domini, Luce, 6: *Ipse benignus est super ingratos et malos*. Agellius, episcopus Acerneus, divina beneficia *retributiones* vocari ait, non quòd de eo prius meriti simus, sed quòd pro iis quæ ille de nobis est meritis, si non possumus paria, saltem laudes retribuere debemus. Itaque Dei beneficia *retributiones* appellari, non quia ille nobis retribuit, sed quia nos pro illis retribuere laudes et obsequium debemus. Verùm sententiam potius cum Hebræis, qui verbum *ganal*, unde nomen quod hic Græcus et Latinus interpretati sunt *retributiones*, priorem etiam tribuere seu conferre significare docent. Vide quæ notavimus ad versum postremum Psal. 13.

QUI PROPITIATUS OMNIBUS INQUITATIBUS TUIS, etc. Kimbi censet in hoc versu idem bis dici: per *infirmittates* enim seu *morbos*, infirmitates seu morbos animæ qui sunt peccata, significari. Quòd si, per *infirmittates*, morbos corporis placet intelligere, interpretare possimus membrum hunc in modum, quo scilicet præcedenti respondeat: Qui infirmitatibus, pro quas peccatorum penas luis, medetur: nimirum idem ipse qui illas inmisit, medicus tuus factus est.

(Muis.)

corporis sanitas; tertium, liberatio è periculis; quartum, exauditiò; quintum, vigor senectutis.

VERS. 4. — QUI SANAT OMNES INFIRMITATES, MORBOS ET ÆGRITUDINES CORPORIS. Aliqui, pravas inclinationes, vitiositates, imbecillitates animi et naturæ.

VERS. 5. — QUI REDIMIT, vindicat, liberrat de interitu, sive focæ (gehennam, id est, mortem æternam Chaldæus intelligit), et de presentibus mortis periculis, vitam tuam, te innumeris beneficiis clementissimè ornans et donis afficiens, nullis tuis meritis. Coronare, omni ex parte circumdare. Te undique cingit et cumulât misericordia.

VERS. 6. — QUI REPLET IN BONIS DESIDERIUM, *ἐπιθυμίας*, appetentiam tuam è cibi et potûs penuriâ, id est, qui te ditat abundè, qui te bonis, quibus ad victum necessarium fruarè, satiat, qui te copiosè pascit. Metonymiam explicârunt. Nam Hebraicè *hediech*, id est, os tuum, buccam tuam. Nisi malis os tuum, id est, oris tui petitiones, optata et vota, ut supra, Psal. 80, v. 11: *Aperi os tuum, et implebo illud*; vel cum Rabbini: Qui replet bonis os tuum, id est, qui læsum tuum gustatum sanat, qui te restituit pristinæ valetudini, ut cibi gustum et suavitatem morbo amissam recuperes. Vel, cum Hieronymo et Aben Esrà. ornamentum tuum, id est, animam tuam bonis replet. Nam *hod*, et bucca, et ornamentum. RENOVABITUR UT AQUILÆ (1). Mutat regimen: Qui renovat tuam, quasi aquilæ juventutem, sanando, ut supra, infirmitates et ægritudines tuas; qui vigorem tuæ senectuti tribuit, quasi novam ætatem et novum robur; ut videaris rejuvenescere, quemadmodùm aquila, quæ mutat fortitudinem, et assumit pennas novas, volat, et non faciliè deficit, Isa. 40, v. 31. Aquila se suamque valetudinem et juventutem renovat atque reparat singulis decenniis, veteres plumas exuendo, et recentes induendo, per plumarum in igne elementari cremationem, et maris immersionem, veluti per balneum, usque ad annum centesimum, quo demùm interit, dum præ nimia senectute è mari emergere non potest. R. Saadias. Alii, ut D. Augustinus: Aquila rostrum ob vetustatem crescens, quando nimis aduncum evasit, ut capere cibum nequeat, ad lapidem percutit, superiorem ejus partem frangit et abjicit, deinde cibum recipit, ut sic quodamodò ad juventutem redeat. Addunt aliqui ex Aristotele et Plinio, eam in senio non modò esse vegeto corpore, verùm nec ætate mori, sed potius fame, quòd rostro nimis aduncò cibum jam capere nequeat, tantùmque potu alatur. Unde adagiùm: *Aquilæ senectus*. Est enim animantium volucrum vivacissima.

VERS. 7. — FACIENS MISERICORDIAS DOMINUS (2). Jam

(1) Apud auctores probatos nusquam legi, aquilam ex proveciori ætate ad juventutem redire; itaque haud scio annon horum verborum hæc sit sententiæ, vires suas ita redintegratum iri, ut robustissimæ juventuti aquilæ comparari queat. (Flaminius.)

(2) Declaravit Prophetâ bona quæ justis parata sunt; declarat nunc fontem horum honorum esse misericordiam Dei, ne quis cum Pelagio hæresiarclia delirans sibi tribuat quæ Dei sunt, et hoc ipso per superbiam amittat quæ humilis accepisset. *Faciens*, inquit, *misericordias Dominus*, id est, Dominus noster ipse est qui

beneficia aliis præstari solita recenset. Primum vindicat oppressos ab injuriis. MISERICORDIAS, justitias, propriè. Sed jam notavimus quoties junguntur duæ hæc dictiones, primam, scilicet justitiam, ferè misericordiam significare, alteram, scilicet judicium, opus judicii, jus et æquum.

VERS. 8. — NOTAS FECIT VIAS SUAS MOYSI (1), præcepta, secundùm quæ homines vivere vellent; instituta de Dei notitiâ et dilectione. Cabalisticè subtilitatis, sed tamen appositissimè, ut viæ patefactæ Mosi sint tredecim *niddoth*, sive proprietates, per quas ipse incedit secundùm suam providentiam, cùm universam, tum singularem; sive tredecim rationes, quibus mundum administrat, quis sibi indicari Moses preceus fuerat, Exod. 33, v. 13: *Ostende mihi vias tuas*. Nam in fonte sic habetur, non: *Ostende mihi faciem tuam*; in quo exauditus, capite sequenti quænam illæ sint ab ipso Domino intelligit, Exod. 34, 6, 7, nempe: *Dominator, Deus misericors, gratificator, longanimis, multæ benignitatis, verax, custodiens benignitatem in militia, auferens iniquitatem, scelera, peccata, nullum relinquens impunitum, reddens denique iniquitatem patrum filiis ac nepotibus in tertium ac quartam generationem*; cui interpretati faveo quòd mox David subiungit: *Miseritor et misericors, longanimis et multam beneficium*. Nam voces quibus hic lingua sancta nititur sunt ipsæmet Mosaicæ, q. d.: *Notas feci vias suas*, id est, proprietates et rationes suæ communis providentiæ Mosi, non Patribus (sicut ipsi soli, non Patribus, nomen suum proprium tetragrammaton, per quod patrabantur in veteri Testamento miracula, patefecit, Exod. 6, v. 3), ut per illas consequentes ætates misericordiam implorarent. Quod diligenter præstiterunt David, Ezechias, Daniel, Nehemias, cuncti denique prophetæ. Significatur pleni-

beneficis, qui largitur munera, qui liberaliter tribuit bona sua: et idem ipse ex bonitate suâ liberat omnes oppressos de manibus iniquorum. In Hebræo habetur ad litteram: *Faciens justitias Dominus*; et sic etiam vertit S. Hieronymus. Sed justitia hoc loco accipitur pro opere bono, sive pro actu charitatis, quomodò, Matth. 6. Dominus eleemosynam vocat justitiam, dicens: *Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis; alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cælis est; cum ergo facis eleemosynam, noli tubâ canere ante te*, etc.; quo sensu scripsit S. Augustinus in lib. de Naturâ et Gratiâ, cap. ult.: *Inchoata charitas, inchoata justitia est, perfecta charitas, perfecta justitia est*. Non ergo erraverunt à propriâ significatione, neque Grecus, neque Latinus interpretes, qui verterunt: *Faciens misericordias Dominus*, id est, qui facit eleemosynas multas et magnas, Dominus est. Una verò ex præcipuis eleemosynis ejus est, quòd *facit judicium omnibus injuriam patientibus*; nam et ipsos patientes injuriis liberat, et facientes injurias non relinquit impunitos.

(Bellarminus.)

(1) Hoc in præcipuis Dei beneficiis numerandum est: nisi enim ille nobis aperuisset quid de suo numine sentidimus, quæ vera sanctitas, quæ pura et casta religio, quid in vitâ sequendum fugiendumve sit, in maximis profectò errorum tenebris versaremur. Neque tamen hoc satis est putandum, quòd Deus vias suas errantibus indicârit, nisi idem suo spiritu nos per eas ducat; talis enim et tanta est animorum infirmitas et depravatio, ut ejus auxilio destituti nihîl boni agere possimus. (Flaminius.)

rem rerum divinarum notitiam per legem hominibus tributam, quæ et postea per prophetas aucta sit, denique per Christum, Apostolos et Ecclesiam ad summum perducta sit, cum Deus sua dona et revelationes, prout vult et quàm vult, distribuat. VOLUNTATES SUAS, opera et studia sua, voluntates præcepti et prohibitionis. Præcepta enim et prohibitiones, voluntates Dei dicuntur, ut docet magister, fol. 1 Sent., dist. 45. Hebraicè, in quibus scilicet suam nobis voluntatem patefecit. Sic religionem et cultum verum et legitimum appellat, ut vias, legem et verbum Dei. Tantum beneficium, ut nisi ea nobis aperuisset, adhuc versaremur in tenebris et erroribus.

VERS. 9. — MISERATOR, *raham*, quasi visceratus, misericordiâ, *σπλαγχι*, naturali amore et affectu prosequens, nisi quoddam nomen, non participium, ut et sequentia, quoniam non actus Dei, sed habitus et quasi qualitas immobilis declaratur. Hæc enim proprietates sunt Deo innatæ, neque pro loco et tempore assumptæ, sive contingentes. Hinc *rahamin*, viscera, in quibus locatur sedes affectus et misericordiæ. MISERICORS *hannun*, quasi gratificator, gratiæ largitor et favoris, gratiam largiens rebus à se procreatis, naturam earum gratiâ cumulans et perficiens. Hinc *hæra*, gratia, favor. LONGANIS, tardus ad irascendum et ulciscendum improbus. Nam ut duo priora elogia dicuntur respectu piorum, ita ista duo respectu peccatorum. Tardè irascitur peccatoribus, ut tempus et locum habeant respiciendi. Multus est beneficiâ ingratissimus et immerentibus, eosque ornat multis beneficiis. Aben Ezra tamen, Exod. 34, *erech appaim*, longanimitas impiis, *rab hæsed*, multum misericors omnibus, sive sint pii, sive impii. Ad verbum, longus naribus, i. e., tardus ad nares commovendas, ad longum convivens, nec celeriter prorumpens ad pœnas, peccata dissimulans, ut detur spatium penitentis. MULTUM MISERICORS, beneficus etiam in ingratos vel immeritos. Hinc Hebr. *rab hæsed*, multus benignitate sive beneficiâ, beneficentissimus. *Hæsed*, beneficium gratitum. Hæc sunt epitheta, sive cognomina Dei, quæ Mosi revelavit in monte Sinai, Exod. 34, v. 6, ex quibus affectus Dei erga homines cognoscitur, ut ipse Moses agnoscit, Num. 14, v. 18.

VERS. 10. — [NON IN PERPETUUM IRASCETUR, litem intendet, rixabitur, propriè; non perpetuò litem intendet, tandem reconciliabitur. COMMINABITUR (1). In Hebræo est eclipsis: *Non semper servabit* (iram suam), id est, non semper erit memor injuriæ acceptæ, eam remittet, ultionis obliviscetur; ut Gall.: *Je la lui garde*,

(1) Id est, non semper iratus minas intendat, sed vicissim eos blandè consolabitur. Hæc autem promissio non favet ullo modo errori illorum, qui damnatorum pœnas aliquando finem habituras existimant; non enim ad omnes pertinet, sed restringitur ad electos timentes Deum timore filiali, ut non semel in hoc psalmo explicatur. In Hebræo sunt alia verba, sed idem est sensus; sic enim ad verbum sonat Hebraicus textus: *Non usque in finem litigabit, neque in perpetuum ræservabit*, id est, non semper contendet nobiscum oburgans et reprehendens facta nostra, neque in perpetuum reservabit iram semel conceptam.

Bellarminus.)

quando cogitamus de aliquo ulciscendo. Sic Jeremias, 3, 5: *An servabit in seculum, si custodiat in æternum?*

VERS. 11. — NEC SECUNDUM INIQUITATES NOSTRAS TRIBUTUM, non reddit talionem atque pœnas commertitas.

VERS. 12. — SECUNDUM ALTITUDINEM COELI, quanta est elevatio cœli supra terras, tanta est ejus misericordia erga timentes se. Altitudo enim mundi à terrâ ad cœlum sumitur. Comparatio poetica.

VERS. 13. — QUANTUM DISTAT ORTUS AB OCCIDENTE (1). Alia comparatio poetica, sumpta à longitudine mundi, quæ ducitur ab oriente in occidentem: latitudo à septentrione in meridiem. LONGE FECIT, tantùm sum. Usu linguae particula comparationis desideratur. Distare tantùm fecit, tantùm à nobis removet delicta nostra.

VERS. 14. — MISERTUS EST DOMINUS TIMENTIBUS, timentium. FIGMENTUM NOSTRUM, naturæ nostræ vitiositatem, fragilem nostram naturam et conditionem, vitiosam originem, malignam à naturâ propensionem; q. d.: Novit quales formati fictique sumus. Hebræi vocant figmentum hominis, vitiosam et fragilem ejus naturam, corruptam ejus originem. Elias in Tisbi concupiscentiam interpretatur; sed in malum propriè, q. d.: figulinum opus *ietser*, quia è luto ficti. Chald.: *Quoniam ipse novit figmentum pravum, quod peccatum suggerit; in memoriam venit coram eo, quod ex pulvere simus nos.*

VERS. 15. — RECORDATUS EST QUONIAM PULVIS, nos ex pulvere conditi, et in pulverem redeuntis. HOMO, absolutè; cadit enim in *ejus*; Latine, hominis dies (sunt) sicut fœnum, nempe evanidi et fugaces.

VERS. 16. — QUONIAM SPIRITUS PERTRANSIBIT; Rabini per spiritum ferè intelligunt ventum: Ventus pertransibit in illo, id est, per illum florem, et exarescet, neque subsistet ille flos; sed neque cernetur amplius locus, in quo paulo ante pulcherrimus floruerat. Sic Chald.: *Quoniam ventus spiravit in eum, et non subsistet amplius*. Nostri meliùs: Spiritus, id est, anima pertransibit in illo (homine), ab illo homine abibit et migrabit, tumque non subsistet homo, neque eum amplius habeat locus suus, quod perdidit animam totius vitæ, vitalisque actionis principium. Ut comparatio sit perfectior, nonnulli spiritum flatum indignationis Dei exponunt: Uti flos perlante vento vehementiore perit, ita homo, quando in ipsa sua Dei indignatio et vindicta, Psal. 89, v. 2. Hoc enim significat: *ET NON COGNOSCEAT AMPLIUS LOCUM SUUM, homo*

(1) Utilitur in comparationibus distantie cœli à terrâ, et ortus ab occasu, sive maxime altitudinis et maxime longitudinis, ut ostendat remissionem peccati et infusionem justitiæ esse verissimam et maximam; non autem (ut Lutherani somniant) esse solam non imputationem peccati et imputationem justitiæ: *Secundum altitudinem*, inquit, *cœli à terrâ*, id est, secundum mensuram distantie cœli à terrâ, quæ est maxima et verissima, *Deus confirmavit et stabilivit misericordiam veram summæque justificationis*, id est, secundum mensuram distantie ortus ab occasu, quæ est verissima et maxima, *longè Deus fecit à nobis timentibus eum omnia peccata nostra*, verè ac propriè illa delens et remittens, ac si nunquam commissa fuissent. (Bellarminus.)

ipse, sub. Sive Hebraica prosopopœia : *Neque cognoscet eam amplius locus ejus*, locus quem antea inhabitabat, ut qui habeat jam alium dominum, hæredem, possessorum. Sic perit flos, ut ne locus quidem agnoscat in quo antea crescebat, alebatur, florebat. Vel translatio est non à stirpibus, sed ab ædificiis quæ ita vastantur, ut locus, ubi prius hæserant, agnosci nequeat.

VERS. 17. — ET USQUE IN ÆTERNUM, id est, etiam post mortem hominis. In fonte : A seculo usque in seculum. Sed quia *olam* hic significat *netsab*, æternitatem alterius seculi, ut etiam exponit Aben Ezra in suo Decalogo, ideò doctè Sept. seculum commutârunt cum æterno. Docet animas timentium Dominum fructibus beneficiæ Domini post mortem in omne ævum.

VERS. 18. — ET JUSTITIA ILLIUS IN FILIOS. In hoc autem ævo habituros sobolem, quæ Dei benedictionibus cumuletur. Quò pertinere putat Aben-Ezra illud Decalogi, Exod. 20, v. 6 : *Faciens misericordiam in millia diligentiibus me*: primum, quia Deus efficit ut illorum animæ post mortem beate persistent in mille millenas ætates, id est, in perpetuum; deinde, quia beneficiis onerabit ipsorum posteros ad millesimum usque gradum, si modò posteri pietatem paternam retineant. JUSTITIA, veritas, fides promissionum è Psalm. 24, v. 12. Eam enim præstat piorum posteris, vel in eos continuat potius. His qui SERVANT. Aben Ezra in Decalogo refert ad filios filiorum, sive ad nepotes, q. d. : Justitia Dei, justa Dei promissio redundabit in posteros piorum, si illi servaverint fœdus Dei, ejusque legi paruerint. Sed aptius ad patres pios. Merita enim illorum deflunt in filios etiam perversos aliquosque. Unde ait Deus, Gen. 17, v. 20 : *In Ismael exaudivi te, quia semen tuum est*. Et Judæi etiamnum hodiè *charissimi dicuntur propter patres*, Rom. 11, v. 28. Unde et tandem convertentur.

VERS. 19. — AD FACIENDUM EA (1), ut ea exequantur.

(1) Hæc est quasi appendix magnæ illius miseri-

NOTES DU

Il n'y a pour titre que : *Ipsi David* ; et tous les interprètes s'accordent à reconnaître que David en est l'auteur. Ce psaume est tout en actions de grâces, sans qu'on puisse décider à quelle occasion le Prophète l'a composé. Les uns supposent que c'est après la délivrance d'une grande maladie. D'autres croient y remarquer les sentiments des Israélites délivrés de la captivité de Babylone. Les saints Pères l'ont rapporté à la conversion des gentils, en sorte que ce serait une prophétie de leur reconnaissance envers le Seigneur. Il suffit de savoir que c'est un modèle de prière destinée à exciter la confiance des fidèles par l'épreuve qu'ils ont faite des miséricordes divines. Ce psaume est d'un style très-insinuant et très-doux. Il ne respire que la piété la plus tendre, et la plus parfaite soumission aux volontés du Seigneur. C'est comme un recueil de vérités consolantes et d'avis qui ne tendent qu'à établir dans l'homme la paix intérieure.

VERSETS 1, 2.

Le sens de ces versets est fort clair, et tout-à-fait conforme au texte. Le Prophète s'exhorte lui-même à rendre des actions de grâces au Seigneur, à conserver

VERS. 20. — DOMINUS IN CÆLO PARAVIT, firmavit, stabilivit thronum suum regium, ut perpetuò regnet. Sedem, potestatem judicandi et regnandi tributam Filio Dei interpretatur Arnobius. OMNIBUS. Israëlitis, gentibus et spiritibus. Alii in neutro : Omnibus regnis; vel substantivè : Omnibus, supra omnes res.

VERS. 21. — POTENS VIRTUTE, fortitudine et robore. FACIENTES, qui jussa ejus exequuntur it, audiendo vocem ejus et mandata, cique obtemperando.

VERS. 22. — BENEDICITE DOMINUM, OMNES VIRTUTES, exercitus. Sic appellat reliquos angelos, ut Seraphim, etc. Nam illorum multi sunt ordines apud D. Paulum et Dionysium ejus discipulum, de cœlesti Hierarchiâ.

VERS. 25. — BENEDICITE DOMINUM, OMNIA OPERA, omnes res ab eo procreatæ, non modò angelicæ et humane, verum etiam hæc quæ ratione et sensibus vacant, cum ad omnes mundi particulas beneficia Dei dimanent, et omnes res ad misericordiam et bonitatem ejus prædicandum hominem invitent, in omni loco dominationis ejus. Athnah, sive colon, id est, ubique; ne quis jungat cum sequentibus. BENEDICITE, ter ad mysterium sanctissimæ Triadis. BENEDIC, semel, propter unitatem numericam personarum, vel ob Incarnationem, in quâ unitas personæ in duabus naturis.

cordiæ; quam exercet Deus erga timentes se. Addit enim Propheta non solum timentes Deum exaltandos et protegendos ab æternâ misericordiâ Dei, sed etiam cum misericordiam extendendam esse ad posteritatem timentium Deum, modò ipsi parentum et majorum suorum pietatem imitentur. *Ei justitia illius*, id est, veracitas et fidelitas Dei, qui semper reddit quod promittit; conservabitur in filijs filiorum his qui servant *testamentum ejus*, id est, qui observant pactum cum Deo initum, ut sint ipsi populus Dei, et Deus sit eorum Deus. *Et memores mandatorum ejus*, non ut solum è mente et cogitatione revolvant, sed ut ea diligenter adimpleant. Sanctus Augustinus, per filios timentium Deum, intelligit opera bona ipsorum, et, per filios filiorum, mercedem, quæ debetur operibus bonis. Justitiam enim parant opera justia; et opera justa pariunt coronam justitiæ. (Bellarminus.)

PSAUME CII.

la mémoire de ses bienfaits; car dans l'hébreu et dans les versions, le mot *retribution* signifie autant *bienfaits* que *récompense*, et ce mot se prend tant en bien qu'en mal. Ici il désigne les miséricordes du Seigneur sur l'homme. On voit aussi que le Prophète consacre tout son intérieur, toutes ses facultés au saint exercice de la prière; il veut que tous ses sentiments expriment la reconnaissance dont il est pénétré.

RÉFLEXIONS.

Dans plusieurs autres psaumes, on invite les fidèles à célébrer le Seigneur par des cantiques, par des cris d'allégresse, par le son des instruments. Ici on les rappelle à leur intérieur, à la louange du cœur, à l'exercice des facultés de l'âme. On ne peut pas se mêler toujours dans l'assemblée des fidèles, et unir sa voix à celle des ministres de son sanctuaire; mais on peut toujours louer Dieu intérieurement. *Quelle chose que vous fussiez*, dit l'apôtre, *faites-le au nom du Seigneur*. Qu'il y a d'étendue dans ce mot du Prophète : *Que tout mon intérieur rende hommage au saint nom de Dieu*; que la mémoire se rappelle ses grandeurs et ses bienfaits; que l'esprit médite ses commande-

ments et ses promesses ; que la volonté s'unisse à lui par les sentiments de l'amour le plus ardent ! Voilà tout l'intérieur occupé à béner le saint nom de Dieu. Cela s'exécutera-t-il sans un grand usage de la présence de Dieu ? et semaintiendra-t-on dans cette sainte présence sans un continuel recueillement ?

Quoique le mot de *rétribution* dont se sert le Psalmiste désigne en général des bienfaits, S. Augustin considère avec raison que les bienfaits de Dieu ont le mérite particulier des grâces répandues sur des sujets qui en étaient indignes. Nous sommes tous pécheurs, et, au lieu de nous punir selon nos mérites, Dieu nous a rendu le bien pour le mal, c'est-à-dire, des faveurs pour les offenses qu'il avait reçues de nous. Motif par conséquent de la plus vive reconnaissance. On doit plus à un bienfaiteur qu'on avait traité en ennemi, qu'à un bienfaiteur dont on avait cultivé l'amitié. N'oublions donc jamais les dons d'un Maître qui n'a usé que de miséricorde, tandis que nous ne méritons que des châtimens. *J'ai persécuté l'Eglise de Dieu*, disait l'Apôtre ; et cependant *il m'a aimé, et il s'est livré pour moi*. Ce grand homme oubliait-il jamais, et ce qu'il avait été à l'égard de Jésus-Christ, et ce que Jésus-Christ avait bien voulu être à son égard ?

VERSETS 5, 4.

Le Prophète commence à détailler ici les bienfaits du Seigneur. Il pardonne nos péchés, il guérit nos blessures, il nous rachète de la mort, il nous couronne de sa très-grande miséricorde. Voilà le progrès du salut : le premier degré est la rémission des péchés ; le second, la guérison des plaies de notre âme ; le troisième, la délivrance de la mort éternelle ; le quatrième, la couronne de gloire. Je ne croie pas qu'il soit facile de borner ces versets à des bénédictions temporelles. Tout au plus seraient-elles la figure des grâces du salut.

Il n'y a point de différence dans l'hébreu. Les verbes y sont au participe, *propitians, sanans, redimens, coronans* ; c'est absolument le même sens.

RÉFLEXIONS.

Quand il s'agirait des bénédictions temporelles dans ces versets, je vois toujours qu'elles commencent par la rémission des péchés. Israël fut captif et malheureux, parce qu'il avait péché ; il n'est délivré et rétabli dans sa patrie qu'après être rentré en grâce avec le Seigneur, qu'après avoir obtenu le pardon de ses péchés. Mais cette délivrance et ce rétablissement devaient-ils borner tous les désirs et toutes les espérances de ce peuple ? Il aurait été plus malheureux que les idolâtres mêmes, qui jouissaient, dans tout le reste du monde, de tous les avantages temporels, quoiqu'ils fussent chargés de crimes. Ils n'étaient point punis pour leurs forfaits, tandis qu'Israël aurait porté tout le poids de la vengeance divine pour des égaremens beaucoup moins odieux ou moins universels. Mais Israël était le peuple que Dieu s'était réservé, pour être reconnu, servi et aimé de lui ; et les récompenses qu'il lui promettait, ne se bornaient pas à la possession d'un aussi petit pays que la Judée. Son état était comme celui des chrétiens, le préliminaire d'une vie plus heureuse ; et Dieu le frappait quand il était rebelle, afin de le rappeler à sa destinée essentielle, qui était d'aspirer à la possession de Dieu, après les courtes épreuves de cette vie. Voilà comment toutes les punitions dont les prophètes parlaient à Israël, se terminaient à la vie future ; et voilà aussi comment tout ce qui est dit à ce peuple en vue de sa félicité temporelle, nous instruit nous-mêmes, quoique nous ne soyons plus tenus à l'observation de sa loi.

Après nous avoir pardonné nos péchés, Dieu guérit nos blessures ; il nous en reste de très-profondes et de très-dangereuses : c'est le penchant au mal, la séduction des sens, le poids de l'habitude, la légèreté de notre esprit, l'inconstance de notre cœur. Dieu par sa grâce diminue sans cesse, dans les âmes justes, ce fonds

de maladie spirituelle : mais la guérison n'est parfaite et absolue qu'au moment de notre entrée dans la bienheureuse éternité. Jusqu'à cet instant, il faut appliquer sans cesse les remèdes du salut : ce qui ne s'opère que par une vigilance continuelle sur nous-mêmes, et par une attention non interrompue aux touches intérieures de la grâce.

Ce n'est aussi qu'à ce dernier jour que nous sommes délivrés de la mort et couronnés par la miséricorde divine. Si Jésus-Christ n'avait pas payé notre rançon, s'il n'était pas mort et ressuscité pour nous, la mort eût été notre unique héritage, et la couronne de gloire nous eût été refusée pour toujours. A la vue de ce Rédempteur si généreux, S. Augustin s'écriait : *O mon âme, élèvez-vous, voilà ce que vous valez.*

VERSE 5.

Il paraît que ce verset explique en quoi consistera la couronne de miséricorde que Dieu accordera aux justes. Leurs désirs seront comblés, et leurs corps seront renouvelés par la gloire de la résurrection et de l'immortalité. Si c'est une promesse de biens temporels, il faudra dire que les Israélites, auparavant captifs ou malheureux, seront comblés de biens dans leur patrie, et renouvelés en quelque sorte comme l'aigle, quand il s'est revêtu de nouvelles plumes. Si c'est une prophétie de la vocation des gentils, le Prophète leur promettra tous les biens spirituels, et un renouvellement total dans les sentiments et dans la conduite. Sous tous ces points de vue, le verset est facile à concevoir.

Mais on lit dans l'hébreu : *Il rassasie de biens votre bouche* ; et S. Jérôme traduit : *Il remplit de biens votre ornement ou votre beauté*, ce qui ne réveille pas une grande idée. Le mot *רָבַח* est mieux traduit par *votre bouche*. Le P. Houbigant se décide pour *os tuum*. Les LXX l'ont pris pour la *bouche* du cœur, qui est son *désir* ; car, de même qu'on remédie à la faim en faisant entrer des aliments dans la bouche, on satisfait le cœur en remplissant ses désirs.

29. Draco iste quem formasti ad illudendum ei; omnia à te expectant ut des illis escam in tempore.

30. Dante te illis, colligent; aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate.

31. Avertente autem te faciem, turbabuntur; auferes spiritum eorum, et deficiant; et in pulverem suum revertentur.

32. Emittes Spiritum tuum et creabuntur, et renovabis faciem terræ.

33. Sit gloria Domini in seculum; letabitur Dominus in operibus suis.

34. Qui respicit terram, et facit eam tremere: qui tangit montes, et fumigant.

35. Cantabo Domino in vitâ meâ; psallam Deo meo quandiu sum.

36. Jucundum sit ei eloquium meum; ego verò delectabor in Domino.

37. Deficiant peccatores à terrâ et iniqui, ita ut non sint; benedic, anima mea, Domino.

26. Je vois cette mer si vaste et si étendue; là se meuvent des animaux sans nombre.

27. Là sont des poissons de toutes les grandeurs; et c'est à travers ces flots immenses que voguent les vaisseaux.

28. Là est ce monstre énorme que vous avez formé, et qui semble se jouer au milieu des eaux: tous attendent que vous leur donniez la nourriture qui leur est nécessaire.

29. Si vous leur donnez, ils jouissent de votre liberté; si vous ouvrez votre main, ils sont tous remplis de biens.

30. Si vous détournez votre visage, ils tomberont dans le trouble: vous leur ôterez le souffle qui les anime, ils cesseront de vivre, et ils rentreront dans la poussière d'où ils sont sortis.

31. Vous renverrez ce souffle qui est en votre puissance, et ils seront créés de nouveau, la face de la terre se renouvellera.

32. Que la gloire du Seigneur soit dans tous les siècles: le Seigneur aura de la joie de ses œuvres.

33. Il regarde la terre, et il la fait trembler; il touche les montagnes, et elles s'évaporent en fumée.

34. Je chanterai le Seigneur durant ma vie; je célébrerai mon Dieu, tant qu'existerai.

35. Que ma prière lui soit agréable. L'unique objet de ma joie sera le Seigneur.

36. Que les pécheurs soient exterminés de dessus la terre, que les méchants cessent d'exister: pour vous, ô mon âme, bénissez le Seigneur.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — IEST DAVID (1). Nullus est titulus He-

(1) Titulo caret in Hebræo, ubi neque una vox *Psalmus* legitur: at Septuaginta, Complutenses et S. Athanasius, ferunt: *Psalmus ipsi David, de mundi creatione*. Si fidem Syro habes, hunc Psalmum canebat David, cum Deum veneraturus coram arca unâ cum sacerdotibus accederet. Psalmi oratio suavis est ac spontè fluens; argumentum sublime et nobilissimum. Divinæ et naturalis philosophiæ genus est, inquit Eugubinus, Genesios, sive historie de mundi creatione compendium, Timæo Platonis simillimum. Dei majestatem, sapientiam, potentiam et bonitatem celebrat vates; nobilissima divine providentiæ opera percurrit, et gravissimas piissimasque de illâ meditationes instituit. Superioris Psalmi appendix esse videtur, quippe iisdem sensibus scatens. Seipsum ad Dei laudes hortatur propheta iisdem vocibus: *Benedic, anima mea, Domino*. Nullus legitur in Hebræo titulus, nullumque indicium quo Psalmi auctor doceatur. Illud solummodo è totâ Psalmi oratione colligitur, quòd animo divini beneficii pleno, Dei opera percurrit, laudis et gratiarum actionis argumenta ex illis capiens.

(Calmet.)

Celebrat potentiam, sapientiam et providentiam Dei in creatione universitatis rerum, in ordine atque conservatione rerum omnium conspiciam. Quòd si Davidicus sit Psalmus, quòd quidem disertè dicit in scriptio Græcæ versioni præscripta, Zioniorum initiorum fuerit. Magis tamen verisimile est, carmen hoc factum esse in lætitiâ instaurati templi secundi, quemadmodum qui sequitur Psalmus, numero 105, etiam ipse non est Davidicus, sed centò tantum ex Davidico, ut Zionio non possit factus videri. Ad Davidicum quidem præcedentem aggregatî hic et sequens videtur tantum propter commune initium. Omnino verò illi Psalmi omnes, qui initii templi secundi scripti sunt, aut videri possunt in eâ lætitiâ publicâ facti esse, celebrant beneficia Dei vel erga genus humanum in genere, vel erga populum Israëliticum.

Psalmum hunc vernaculè transtulit, et commentario illustravit D. J. Pott (Berol. 1799, in-8°, epist. 9, 40, 41). Nostrium Psalmum vir doctissimus inchoandum censet versibus 19, 22, Psalmi 105, ab hoc divellen-

braicè: Græcè autem, *Davidis Psalmus super mundi constitutione*. Et certè Deum ab opificio celebrat.

VERS. 2. — BENEDIC, ANIMA MEA, DOMINO (1). Benedicere, est laudare et prædicare.

VERS. 3. — CONFESIONEM ET DECOREM INDUISTI, laudem, laudis et confessionis materiam firmiter, copiosè et arcè possessisti: laude et majestate indutus es, totus es laudabilis et amirandus. Hoc enim induere, vestire, amicire dicunt. Vel *had* majestatem, ut *ti* radicale sit. LUMINE, lucis claritate, essentiæ divinæ gloriâ et majestate. Nam inhabitas lucem inaccessam. De pulchritudine ac fulgore incorporeo ac increato ab essentiâ divinâ manante, quo claritate incomprehensâ in medio angelorum micat, ita ut eos mirificè illuminet, recreet atque reficiat, intelligit Rabbi Mose *Egyptius*, in *More*, lib. 2, c. 27, de quo vestimento sive lumine creatum cælum invisibile, sive mundum invisibilem, ibidem tradit post R. Eliezer, in *Pike*; quòd congruit cum cælo empyreo beatorum loco mirabiliter radiante, apud Eugubinum, in *Cosmopœa*. Alii, de cælo et cæli luminibus, quæ veluti vestimenta suæ majestatis exhibeant, cum ejus substantia sit invisibilis, 1 Tim. 6, v. 2. Cabhalici de Decem *sephroth* sive numerationibus, per quas Deus, ut ipsi aiunt, cuncta in hoc mundo gerit ac administrât. Illas enim dis, rationibus pluribus, quas longum est hic afferre, et perpendere. Conf. Theod. Fritz Commentat. in Psalmum centesimum quartum, Argentor. 1824, in octon. (Rosenmuller.)

(1) Sublimia de divinitate nihil docet magis, quàm operum illius meditatio. Capacissimæ acutissimæque mentes divinæ naturæ, supremi rerum conditoris, omnipotentis Dei supremam auctoritatem et amplius dinem in iis admirantur. Ipsa per se Dei magnitudo infinita est; at ex creaturarum meditatione cognoscitur. (Calmet.)

vestimenta Dei ex hoc loco appellant, et singulis singula divina nomina attribuant et præficiunt. 1° *Kether*, corona, qui attribuitur et præest, *ehia* (sum). 2° *Hocma*, sapientia, cui tetragrammaton (ens). 3° *Bina*, intelligentia sive providentia, cui *Elohim* (iudex). 4° *Hesed*, benignitas, cui *El* (Deus fortis). 5° *Chebra*, fortitudo, cui *Elohe* (Deus iudex). 6° *Tippereth*, decus, pulchritudo cui *Eloah* (Deus viudex). 7° *Netsah*, victoria, cui *tetragrammaton tseboath* (Dominus exercituum). 8° *Hod*, decus, majestas, cui *Elohim tseboath* (Deus exercituum). 9° *Josed*, fundamentum, cui *ethan*, fortis (vehemens), vel *saddai* (omnipotens). 10° *Malcuth*, regnum, imperium, cui *Adonai* præsidet. Atque hæc sunt decem Dei vestimenta, usque ad eam à caballicis cum ipsorum divinis nominibus sub nomine *sepiroth*, celebrata.

VERS. 4. — EXTENDENS COELUM SICUT PELLE, cortinam propriè et velum. Cœlos sicut cortinam in rotundum sinum, absque rugâ, summâ aequalitate, amplè et latè extendit. Pellis enim et cortina non solum in planum sinum extenditur. Nam et uter, sicut et vesica, pellis est. Unde alibi cœlum dicitur velut camera esse suspensum, Augustinus, de Genesi ad litteram, c. 9. Aliqui: Sicut cortinam, intra quam occultatus habitet et sedeat. Vel est metonymia, pellis pro toto tentorio; qui extendisti cœlum, quasi tabernaculum, et tentorium militare. Kimhi mavult cœlum hic significare aerem extensum, sive expansum inter cœlum et terram. Aquis, aqueo sive crystallino cœlo tegis superiora ejus cœli, id est, cœlum stellatum. Nempe cœlum stellatum colorum visibilium supremum obtegitur primò mobili aqueâ substantiâ constante, non æthereâ, contra philosophos. Alii non tam rectè nubibus, quæ aque sunt concretæ et conglaciatae, et contabulant sive contegunt superiora cœli, id est, acris supremam regionem, nē satis videatur. Erus, cœli. Nam dualia interdum construuntur cum singularibus pronominiibus, ut nihil sit necesse reciprocè vertere. Qui tegit sive conlignat aquis superiora sua, cœnacula, aulas.

VERS. 5. — QUI PONIS NUBEM ASCENSUM TUUM (1). Qui celeriter ferris in totum orbem ad omnium providentiam instar nubis et ventorum. Vel qui uteris nubibus et ventis ad exercenda tuæ providentiæ et tuorum operum opera. ASCENSUM TUUM, vehiculum tuum, ut adsis celerius, ac tempestivè, opportunèque advenias, et ex improvviso. Uteris nubibus pro curru.

(1) Currus sunt nubes, cursores venti. Pernicissimo cursu ab alterâ ad alteram terræ oram fertur, uti nubes vento pulsas ferri cernimus. Deus in nube sese præbuit in deserto populi sui ducem; nube majestatem Nominis significantem. Cum Salomon templum dedicaret, præsentia suæ argumenta, nubes illuc missâ, exhibuit. Jobum è profundâ nube allocutus est; in Ægyptum venit, levi nube vectus, teste Isaia. In Christi transfiguratione Pater è nubis sinu vocem emisit. Venturum se in nubibus cœli, ut mundum iudicet, tradidit Christus. Apud Græcos Latinosque poetas pares hæc prophetis phrasæ passim occurrunt. Illud verò hic significant, Dei providentiâ res universas regi, nubesque ac ventos et procellas illius sapientiâ duci. (Calmet.)

PENNAS VENTORUM, qui veheria alis ventorum, qui poelicè animalia sunt alata. Vehitur Deus nubibus et ventis alatis, poelicè, ut celeriter adsit nobis, et accurrat, etiam cum minimè speramus, ut supra, Psal. 17, v. 11. Ventis pennæ tribuuntur, ut et angelis, Isa. 6, v. 2, ob eorum singularèr velocitatem et celerem in cuncta discursum. Sic autem divinæ actionis et virtutis celeritatem figurat.

VERS. 6. — QUI FACIT ANGELOS SUOS; qui facit angelos suos (ut) spiritus, et ministros (ut) ignem flammantem, id est, qui facit angelos suos tam celeres ad exequenda sua mandata, quàm venti, quibus nihil sentitur celerius et perniciosius; et ministros suos, qui iidem sunt ac angeli, juxta conspectum igneos ac radiantés, vel tam mobiles, rapidos, vehementes, agiles, fortes, validos et efficaciés sive ardentes ad suum imperium, quàm flamma ignis, quæ mobilitate viget et vehementiâ, quaque celeriter currit, et pervadit omnia. Illud est Pauli, Hebr. 1, 14: *Facit administratorios suos spiritus, et in ministerium mittit propter eos qui hæreditatem capiunt salutis*. Denique eis ad sua ministeria utitur ut ventis et flammâ igneâ, sive igne cœlesti et fulgure, partim ad nocendum, partim ad benefaciendum, Exod. 14, v. 22, 25, 24. Unde et Clemens Alexandrinus, Strom. 5, angelos intelligit ignitos spiritus, qui improbos puniunt. Nostrorum aliqui, et ex Hebreis Rabbam in Maimonim. lib. 1, cap. 2, p. 41 et 12: *Facit angelos suos spiritus*, id est, spirituales essentias, non corporeas, et flammam ignis, id est, igneâ substantiæ, vel flammæ efficacitatis et energie, ut unum pertineat ad essentiam, alterum ad operationem, efficaciam et virtutem, q. d.: Angeli non solum sunt incorporei, sed et virtute efficacissimi. Hebræi ferè post R. Salomonem putant esse de ventis et igne, per hystero-logiam, ac *angelos et ministros* regi à parte posteriore, ut sint non subiecta, sed prædicata pronuntis et executoribus. Facit spiritus, sive ventos suos nuntios, eis pro nuntis sui voluntatis et consiliis utitur; facit ignem flammantem, suos ministros; ventos et ignes mittit ad sua exequenda judicia, ut cum vento desiccante, viam maris Rubri siccam Israelitis stravit, Exod. 14, v. 21; Sodonitas igne consumpsit, Genes. 19, v. 24. Refragatur, de sanctis angelis hæc interpretans, non de flatibus ventorum et igne consumente.

VERS. 7. — QUI FUNDASTI TERRAM SUPER STABILITATEM SUAM, in suâ basi et sede firmior collocasti, ne moveatur, neque unquam inclinetur à suo statu, quin sit semper in mundi centro. Terræ stabilitas et basis est centrum ipsum, ad quod omnes terræ partes undique suâ gravitate nituntur, et circa quod universitas volvitur, cum cætera elementa, mare, ignis, aer, continuò moveantur. Alii intelligentiam hujus loci sumunt ex his verbis Psal. 23, v. 2: *Super maria fundavit eam, et super flumina præparavit* (sive stabilivit) *eam*. Sed loci illius alia est mens, ut illic docui. Descendit autem à cœlestibus ad terrestria. IN SECULUM SEculi, nunquam illic movebitur, sive motu recto, sive rotundo, aut quod idem est, in rectum sive in orbem.

Nam terra in æternum stat, Eccl. 1, v. 4, ac in centro semper quiescit propter gravitatem, ob quam semper querit desiderare in infimo loco, qui est à cœlo remotissimus. Alioqui, si ab eo vel tantillum declinaret, contra suam naturam et inclinationem ascenderet.

VERS. 8. — ABYSSUS SICUT VESTIMENTUM, pelagus, profundissimum mare. Eius, terræ. Mare est sicut vestimentum ipsius terræ, eam laxè cingens et undique aniciens velut insulam, aded ut etiam super montes, sive promontoria, stent aquæ. Instar vestimenti, quod præter faciem, manus et pedes, corpus reliquum tegit, mare terram operit et circumdat, exceptis locis hominum et belluarum habitationi destinatis. Occupat enim vastissima et incomperta terrarum spatia, et inundationibus quotidie multa loca superat et obruit, sive quoniam ille est maris impetus et momentum, sive quoniam tua iudicia et ultiones per illud exerces. Aliqui, hunc ut et sequentes versus 10, 11, restringunt ad primum maris ortum et conditionem. Unde futura pro præteritis accipiunt: Abyssus sicut vestimento texisti eam (terram). (Nam obruebatur terra mari in primâ rerum origine, Gen. 1, v. 9); super montes stabant itæ aquæ (operiebant enim montes cum totâ terrâ, ita ut nulli essent vel saltem nulli apparerent montes, nullæ valles, vers. 9). Sed propter tuam increpationem fugerunt, propter vocem tonitruï tui, quod excitasti, trepidarunt, id est, trepide festinarunt in locum quem ipsis fundasti, i. e., in alveum, in quo hodie est mare (idque in usum animalium, et ut appareret arida, vers. 10). Tum ascenderunt montes, emerserunt è terrâ, descenderunt valles et campi, in terræ superficie planities constituerunt, factæ sunt, et diffusè patuerunt in loco, quem eis iundasti, vers. 11. Terminum eis (aquis) posuisti, quem non sunt superatare, ut iterum obruant et circumfundant terram. Alii ad communes et quotidianas maris inundationes, ut ferè nostri, ut quando in universali diluvio aqua terram universam operuit, quod denotatur indumentum similitudine. Abyssus sicut vestimento obruit terram, laxas abyssum sive mare è suo alveo, ut terram inundet, ut in diluvio Noë (Gen. 6 et 7), Ogygis, Deucalionis. Super montes stant aquæ, obruunt etiam montes, sed propter tuam increpationem fugient. Placatus retrahis aquas in suum gurgitem, eas placas et compescis, unde celeriter se ad sua loca recipiunt et trepidè. Tunc apparent montes in suâ altitudine, valles in campis et suâ profunditate, declivitate et planitie, etc. Ego de utroque statu. SUPER MONTES, ultra montes, plusquam montes stant, id est, in rectum consistunt, in altum eriguntur aquæ, quando mare ferret et furit. Nam super nota est comparationis, ut diximus supra, Psal. 8, v. 3. Unde qui intelligunt de montibus maris et promontoriis quæ teguntur maris undis, vixque apparent, non videntur attendere ad hunc illustissimum. Quare tu etiam de terræ montibus. Aquæ maris sunt superiores altissimis montibus, dum in altum attolluntur. Quin et mare tantum est ut possit super universos etiam montes stare, et eos operire, nisi divino jussu et quasi increpatione (ut sequitur) fugere cogatur. STABUNT,

stant, stare possunt aquæ maris, vel, secundum alios, pluvie, quæ cum pendant in nubibus, super montes quodam modo consistunt.

VERS. 9. — AB INCREPATIONE TUA FUGIENT, propter increpationem tuam. Increpat mare Deus quando est placatus, et illud tranquillat. A voce, propter votem tonitruorum, formidine et trepidatione current et accelerabunt ad locum suum, a quo eruperant. Per propopoziam tribuit sensum aquis maris. FORMABUNT, quòd illæ Dei imperio per tonitrua et similes motus demonstrato se recipiant in suum alveum, neque extra excurrant ad mergendam terram. Aliqui per tonitruum simpliciter accipiunt præceptum Dei efficac. Hebraicè, *iehphezum, trepidabunt*, id est, trepidè properabunt aquæ in sese, ne terram obruant.

VERS. 10. — ASCENDUNT MONTES, ET DESCENDUNT. Ascendunt aquarum montes molesque, et descendunt aquarum campi et planities. Campos et montes transtulit ad mare, ut Cicero æquor ad terram, quando dixit, lib. de Divinatione, *Babylonios in camporum patentium æquoribus habitare*. Interdum ventis mare in montium altitudinem atollis, interdum sternis campos et æquora. Juxta alios, versus hic per parenthesis intelligendus. Tunc, id est, fugientibus aquis ascendunt montes, descendunt campi in locum quem eis (montibus et campis) fundasti et stabilivisti in terræ coniculis et venis. Desidentibus enim aquis monte ac valles, sive planities (*bikta* utrumque designat), apparent. Magna Dei providentia. Quædam enim felicius in montibus, alia in vallibus et campestribus nascuntur, dum solare lumen rectius, vel obliquius et moderatius, quasi reflexis radiis, postulant. Ita anonymus sensu simplicissimo, ut subtiliores interpretationes missas faciam. Ascendunt et descendunt, id est, apparent in suo loco, emergunt, quasi jam de novo ascendissent montes, et descendissent campi et valles, qui antea confusi et mersi erant aquis, nec videbantur. Quamquam parenthesis brevius claudi potest, *ut in locum, quem fundasti eis*, referatur ad aquas. A sonitu tonitruï pavent aquæ, et fugiunt in locum quem eis (aquis) fundasti, id est, in maria et fluvios confluent, et se præcipitant, sicquæ locum montibus et vallibus relinquunt. Aliqui de mari totum quidem exponunt, quòd undæ, instar montis, eleventur, et iterum descendant profundissimè. Sed subauditâ particulâ similitudinis *et ch* (aquæ) ascendunt sicut montes, descendunt (sicut) valles ad locum (oceanum) quem eis fundasti.

VERS. 11. — TERMINUM POSUISTI QUEM NON TRANSGREDIENTUR, aquæ. Nam ad aquas redit. Unde Chald.: *Terminum posuisti fluctibus maris, quem non transgredientur*. Terminum autem maris sunt littora quæ Deus ei præfixit et circumposuit, ne terras possit iterum obruere, dato ei deorsum versùm nutu et pendere, Job. 33, v. 10 et 11. Terminum maris alibi Scriptura, nempe Hierem. 5, v. 22, arenam facit, quòd eam excedere non soleat, quasi divinâ virtute et potentia elementum tam ferum et barbarum re illâ exili compescatur.

VERS. 12. — QUI EMITTIS FONTES IN CONVALLIBUS. Fontes habent ferè originem in montibus, sed in valles defluunt, et concavitates ad usum animantium. IN CONVALLIBUS, in convalles, vel in flumina, quæ è fontibus manant. *Nehalim* enim utrumque significat. Imò et torrentes, qui quia sunt plurimum in vallibus, pro vallibus ipsis usurpantur, Num. 13, v. 21. Quare Kimhi valles exponit cum Septuaginta. Fontes non per totam terram fluunt, sed per convalles montium, ut inde in rivus deriventur. AQUE, FLUVII, torrentes, rivi, lacus, thermæ, quibus redundant montana. Id enim in genere aquas dixit. Ille fluunt INTER MEDIUM MONTIUM, id est, per media montana, vel in montium concavitatibus interioribus, quasi ventre è quo manant.

VERS. 13. — POTABUNT OMNES BESTIÆ AGRI. Usus fontium et aquarum, montanarum præsertim, in locis penitus desertis et incultis, explicatur ad Dei providentiam, et sapientiam commendandam. Nam, ut nihil videantur conferre ad usum hominum, nunquam aut rarissimè eò occurrunt, ut magnas habent utilitates ad adequandas bestias solitarias, aves recreandas, et ad cantum perducendas, fecundandos montes, et vicinas terras in cibum belluarum solivagarum, etc. EXPECTABUNT, eas aquas. In eis sperantur sylvestres asini, quando sitiunt. Expectare, prosperare, ut infra, v. 29. Masoretæ citra necessitatem legunt per ψ dextrum *issheru*, frangent, id est, sedabant sitim suam. IN SITI SUA, ut suam sitim illic extinguant, expectabant haustum fontium. Meminit præcipuè onagrorum, sive asinorum sylvestrium, quoniam solitudines maximè persequuntur, et ideo ferè in locis arenatis commorantur et siticulosi. Quin et natura sunt aridi et sitibundi, Jerem. 2, v. 23.

VERS. 14. — SUPER EA VOLUCRES CÆLI HABITABUNT, juxta ea; super eos fontes, fluvios, rivus, convalles et montes aquis allutos. PETRARUM; rupium in medio habitare solent et canere, *haphaim*, frondium, juxta aliquos, ut supra, Psal. 97. Nidulantur aves in arborum ramis juxta fluvios et fontes, densisq; frondibus occultatæ varias edunt voces, melodiæ varia discrimina, et concentum varii generis, pro naturæ suæ conditione.

VERS. 15. — RIGANS MONTES DE SUPERIORIBUS SUIS, de nubibus, tanquam de suis cœnaculis et fornibus. Rigat montes pluvias cœlestibus, fontibus, stagnis, ut pascua, arbores, stirpes hominibus pecudibusque ferant, neque sint steriles et aridi. DE FRUCTU OPERUM; fructu quem tu operaris, dans stirpibus incrementum, formam et ornatum, repletur terra. Aliqui per fructum non intelligunt preventum terræ, sed pluvias, imbres, rores, quibus terra humectatur et fecundatur. Et per *opera*, nubes, quæ pluvias generant, q. d.: De pluviis nubium satias terram quemadmodum liberi dicuntur fructus uteri materni.

VERS. 16. — ET HERBAM SERVITUTI HOMINUM, ad usum et victum hominum. Anonymus, per servitutem et culturam hominum, id est, per sationem et arationem. Producit quidem Deus herbam et fruges, sed

accedente servitute et operâ hominis, nempe aratione, satione, etc. Sic Kimbi; quæ interpretatio nascitur è Masoreticâ distinctione, quâ istud membrum sequentis versus initio perficiunt: *Et herbam servituti hominum, ut educat panem de terrâ*, id est, ut labore hominum exulta terra proferat homini cibum, juxta illud: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*. Atqui infra, Psal. 146, v. 9, absolutè enuntiatur.

VERS. 17. — UT EDUCAS PANEM, fruges, à quibus panis postea conficitur, per melonymiam. ET VINUM, et ut vinum. Nam ut per zeugma repetendum. Producis herbam, ut fruges nascantur de terrâ, nascantur et vites, è quibus vinum, quod tristitiam et discordiam pellit, et ad lætitiâ excitat hominem, dum reparat vitales spiritus, membrisque vigorem indit.

VERS. 18. — UT EXHILARET FACIEM IN OLEO, ut nitesciat, propriè, ut illuminet, lætiorem reddat, homo scilicet, vultum oleo, nedum nutriatur. Oleum faciem et cutim nitidiorum reddit, et unguentis est accommodatum, quæ in maximo erant usu apud Orientales, è Plinio et Homero, imò et Prophetis, Ruth 3, v. 2, Judith. 10, v. 3, ad hilaritatem et venustatem. OLEO; *shemen* in genere significat unguentum, non ut *itsar* oleum duntaxat. Itaque loquitur de cunctis unguentis, quorum enumeratio est apud Plinium, lib. 12, 13. Non modò necessaria tribuit, sed et quæ ad sobriam et temperatam voluptatem, et honestam oblectationem et usum conferunt. Quoniam autem in fonte legitur *missshemen*, ex oleo, non *beshemen*, in oleo, sive unguento, aliqui vertunt, sed parum aptè, per comparationem: *Præ oleo*, ut nitidam reddat faciem magis quam oleum. CONFIRMET, et ut (nam etiam ut hic repetendum); et ut *confirmet*, corroboret, robustum reddat. Panis hic de peculiari hominis cibo, cum supra vers. 17, generalitè.

VERS. 19. — SATURABUNTUR LIGNA CAMPI, arbores sylvaticæ. Hebraicè, *hatsè Adonai*, id est, *ligna Domini*. In exaggerationibus divinis nominibus utuntur, ut supra Psalm. 53, §. Sic ergo appellat arbores procerissimas, vel eas quæ absque humanâ culturâ emergunt, inter quas aliquæ non modò culturam non patiuntur, sed et culturâ deteriores redduntur, ut Theophrastus scribit, lib. 1 de plantis, c. 11. Cujusmodi censeatur, abies, pinaster, celastrius, quasi solus Deus illas plantet, riget, auget. Hinc sequitur: CEBRI LIBRAS QUAS PLANTAVIT. CAMPI autem dixerunt Septuaginta, ut docerent non modò hæc referri ad arbores sylvaticas, de quibus mox; verum etiam cultas et sativas. Respicit ad vers. 12: *Qui emittit fontes*, ex anonymo, vers. 15: *Rigans montes superioribus suis*. Fontium, rivorum, inbrum, pluviarum vi et beneficio arbores crescent, vernant, fructificant. *Quas plantavit Deus*, non hominum industria. Sylvas enim Deus solus plantat, dum vim locis indit ut sylvescant, et sponte suâ illic arborum genera sine rastris hominum et curâ producant; dat incrementum et formam, fecundis imbribus irrigat, formosas et virides conservat; novas arbores è veteribus pullulare facit. PASSERES, aviculæ in genere. ILLIC, in ramis arborum et foraminibus,

VERS. 20. — HERODII DOMUS DUX EST EORUM, passerum, id est, herodius præest passeribus, ducit aviculas ad illum locum, index est viæ. Vel juxta Chrysostomum et Euthymium, viam ad nidulandum ostendit, quia avium prima nidum struit. Juxta alios, ducem esse, est præcellere vel anteire reliquas aves. Nidus herodii est altior et amplior aliis. Altius herodius quam cæteræ ædificat. Ut detur significare herodiam amari ab aviculis, et haberi pro duce et rege, ut proinde eum observent, ad nidos circumconstruendos: fortasse quòd ipsas tueatur ab injuriis rapacium. Quod Aristoteles scorsum notat de ipso et cornice, lib. 9 Hist. animal. c. 1 et 18: *Pellus herodiorum primum genus cornicem amat. Infestus autem est noxiis, aquilæ quidem; rapit enim ipsum; vulpi verò, quoniam perdit ipsum noctu. Corydato autem, quoniam ipsum ova suffuratur.* Porro herodium ciconiam esse putat mansuetam volucrem Suidas, aut ciconia genus. Et certè vox *hasiduh* ciconiam designat, à beneficentiâ et pietate. Nam est pia in parentes, eos senio confectos alens, viribusque defectos et volandi facultate destitutos humeris portans. Unde et *pietatis cultricæ* à Petronio Arbitro convenientissimo epitheto, et à Græcis *πελαργός*, dicitur, et *ἀντιπελαργέτι*, cum liberi parentes senes fovent et alunt, et *νόμοι πελαργικοί* adversus ingratos liberos, quibus parentes egenos liberi alere cogebantur. Non rectè Symmachus putavit esse milvum: nam est avis rapax. Non Augustinus et Arnobius fullicam, quia est avis aquaticæ, propè littora nidificans. Dux est eorum, Septuag. *beroshim* acceperunt pro *berosham*, in capite eorum: ciconiæ vel herodii domus est in eorum capite; est eorum dux et princeps. Sic apud Isaiam, 9, 14, *esse in capite*, est præesse, *esse in caudâ*, subdi, servire. Rabhini malant *berosim* sumere pro abietibus vel pinis. Ciconiæ domus pini, sive abietis; ciconia in pinis vel abietibus et procerioribus arboribus, cujusmodi sunt abietes, ædificat et nidulatur. DOMUS, nidus, ut Ps. 85, v. 4: *Etiâ passer invenit domum suam*, et apud Virg. 2 Georg. :

*Antiquasque domos avium cum stirpibus inis
Eruit.*

Cervis, refugium sunt, per hypozeugma. Montes excelsi in periculis perfugio sunt cervis, vel, juxta alios, damis, ibicibus, rapicapis, et rupes rupiumve arcta foramina. HERINACEIS, quos echinos etiam vocant, vel cuniculis intra terram sua latibula habentibus. Hieronymus scribit ad Suiam *saphan* animal esse majus erico, habens similitudinem muris et ursi. Unde in Palestina dici *ἀρκετομύς*, magnamque eorum in illâ regione esse abundantiam, ac semper in cavernis petrarum et terræ foveis habitare. Alii cuniculum, alii *χαρπαρῶλλιο*, quem Hesychius *ἔχρον*, id est, herinacem.

VERS. 21. — FECIT LUNAM IN TEMPORA, in temporum distinctiones et divisiones. Nam anni in menses dividuntur, quos luna monstrat. Propter tempora, ad discrimina temporum, temporum causâ, ut suâ mutabilitate et varietate menses, dies et annos notet ac describat, ut mensium varias vices officiat, ut dies

festos distinguat, ver et hiemem, serenâ tempestatem monstrat. Nam menses ad lunæ rationem dirigebantur. Denique fecit lunam certis modis et temporibus mutabilem, humores immutantem, tempora renovantem. Qui *mohadim*, ad tempora dierum festorum et solemnium, quòd illa ad lunæ cursum dirigerentur, ex Exodo et Levitico, restringunt, non satis dicunt. Nam vox significat in genere quolibet tempora certa et rata, ut sunt quatuor anni tempestates. SOL. Sol novit quò ipsi sit currendum interdiu, ut perveniat ad occasum rectè sine errore, et ut diem finiat. Prosopopœia (nam sol est inanimatus) ad designandum ratum et inerrantem ejus cursum in oriendo et occidendo. Nunc enim citius, nunc tardius, modò in hac, modò in illâ zodiaci parte oritur, pro lege ipsi à Deo positâ, quasi mente et intellectu regatur.

VERS. 22. — POSUISTI TENEBRAS ET FACTA EST NOX. Tenebræ etiam sunt opus Dei, è quibus nox efficitur ad quietem hominibus animalibusque mansuetioribus dandam, feris autem liberam proeundi ad pastum potestatem. PERTRANSIBUNT, Hebræicè *thermosh*, perrepent propriè, ob noctis silentia et obscuritatem; perambulabant pro victu, oberrabant quærentes pabula. De utilitatibus quas percipiunt animantia è die-rum et nocturnum vicissitudinem.

VERS. 23. — CATULI LEONUM RUGIENTES UT RAPIANT. Asyntheton. (Et) *catuli leonum*, sive leones juniores. Nam constructum cum versu superiore. Confirmat enim exemplo quod in genere dixerat, feris noctem concessam ad quærendum escam. RUGIENTES, nempe dum rædas agunt, rugitum emittunt, quo perterrefaciunt vicina animalia, et præ terrore minus fingere audentia rapiant. QUERANT, venatu carnes aliorum animalium. A Deo, quasi Deum agnoscant suum esse conditorem tacito quodam sensu, escam dantem omni carni, Psal. 135, vers. 25, 146, v. 8. Quare, juxta Joëlem, c. 1, 20, *suspiciunt in cælum tanquam area sitiens imbram, famis tempore.*

VERS. 24. — ET CONGREGATI SUNT, sese in sua lustra recipiunt, magnâ Domini providentiâ, ne hominibus interdiu noceant; item quia insidias sibi ab eis ineunt. CUBILIBUS, lustris, specibus, mandris et spelæis decumbent metui lucis et hominum percussi. Collocari hic cubare, decumbere. In *cubiculis* in quibusdam codicibus legitur. Sed aptius in *cubilibus*, id est, antris, in quæ se recipiunt rapacia animalia interdiu, ut recubent et quiescant, venatu et cursu nocturno fatigata,

VERS. 25. — EXIBIT HOMO AD OPUS SUUM, absque ullo timore in agros et sylvas, ad arandum, serendam, metendum, cædenda ligna. AD OPERATIONEM, ad sua negotia et officia; vel ad culturam terræ et servitutem (eadem vox *haboda*, quæ supra, vers. 16) usque ad vesperam, quæ laborum molestiam intermittat.

VERS. 26. — QUAM MAGNIFICATA SUNT OPERA, vel multiplicata. IN SAPIENTIA, sapientissimè ad suam quæque usum. POSSESSIONE TUA, τῆς κτησέως σου, tuis rebus et operibus, tuis creaturis, tuis opibus et bonis. Exclamatio defatigati in eis recensendis, et obstupescantis

ad Dei singularem providentiam. Hinc *possessor cæli et terre*, Gen. 14, v. 22, id est, effector et Dominus. In Græcis aliis exemplaribus auctore Theodoro, τῆς κτίσεως σου creatione tuâ, lubrico litteræ lapsu. Nam κτιστὸς per η magis congruit verbo fontis, *kuianecha*; qualis lapsus irrepsit alibi, nempe Prov. 1, 22, et veteres contra Arianos torsit, *Dominus creavit pæ, creavit me, pro ἐκρῆσε, possedit*.

VERS. 27.—HOC MARE MAGNUM ET SPATIOSUM MANIBUS, loco et extensione, metaphoricè. Sic Rabbin. Ego, sinibus. Sic Latine, *sinus*, Gallicè, *bras de mer*, quibus amplectitur universam terram et vestit, ut supra loquebatur, quasi expansæ manus, quibus in se cuncta recipiat REPTILIA, natalitia: pisces enim, vel sunt siue pedibus, vel brevissimos habent. QUORUM NON EST NUMERUS. Nam pisces copiosissimi crescant et multiplicentur quàm terrestres vel aeræ animantes, sive quia nascuntur cunctis anni temporibus, ut docet Aristoteles, lib. 9 de Animal., cap. 17, sive ob numeris copiam et luxuriam, è Plinio, lib. 9, c. 2, 3, ut proinde mare denominet fertile, et præditum causis genitibus. Nam quod aquatilia multitudine superent terrestres animantes, experientia docet, dum ex uno piscis semine, quemadmodum in ovis piscium apparet, tot pisces oriuntur quot vix numerari possunt. Quin et plura gignit admiratione digna quàm continens et alia elementa, cum innumera producat gerentia formam, non tantum viventium omnium, verum etiam cunctorum aliorum, imò et quæ nullâ similitudine conveniant cum rebus aliis. Hinc illud Virgilii, 6 Æneid.:

Marmoreo fert monstra sub æquore pontus.

VERS. 28.—ANIMALIA PUSILLA CUM MAGNIS Quædam enim illic sunt tantæ magnitudinis, quantæ nullum animal in terrâ reperitur, ut balæna, pristis, et cæte grandia, de quibus in Genesi, 1, 21. In mari scilicet ob luxuriam et copiam humorum, majora et plura nascuntur animalia quàm in terrâ. NAVES. Indicat navium usum à Deo primum commostrarum, in arcâ videlicet navali Noë, Gen. 6, v. 14. Unde postea *audax Japhet genus*, ex Horatio, (Japhet Moses appellat) *se ausum est credere transstris*, et primum replere orbis insulas. Non ab Atlante, ut ethnici tradunt. Est autem magnum miraculum, per ligni fragilis opus homines per tantam abyssum transvehi. PERTRANSIBUNT. Hebraicè, *iehalechem*, ambulabant, ambulant. Quam metaphoram Cato, de Re rusticâ, usurpavit: *Fundus in eo loco habendus, ubi oppidum amplit sit, et mare, aut annis, quâ naves ambulant*.

VERS. 29.—DRACO ISTE QUEM FORMASTI (1). Dracones, ceti per synecdochem numeri. Nam Hebraicè,

(1) Rabbin quidam ita insaniunt, ut Deum tribus quotidie horis (recitans torreo) cum Leviathano ludere doceant. Ea est, in pium insanissimum circulator, hujus piscis moles, ut sese movens aquas moveat, ac maris æstum accedentis recedentisque, seseque librantis, pariat. Unicus in universâ rerum naturâ est: si plures uno essent, orbem universum everterent. Ex dubio, quos rerum initio Deus coavidit, alter non necavit, alterum verò servavit, ut ex eo convivium electis parerit sui exitum seculorum. Commenta hæc minime nova sunt, cum illorum partem in quarto Esdra libro

Leviathan, nomen est speciei, balæna, verbi gratiâ, vel generis, omnes immanes pisces et horridi, ut balæna, struthio, delphinus, torsio, etc. AD ILLUDENDUM EI, draconi, ut homines ei illudant et insultent, eum captum in triumphum portant, jugulent et partiantur, de ejus horribili formâ et magnitudine rideant et jocentur, qui cum sit immanis, nihilominus ipsorum captivæ cedat. Sic et anonymus, *Mo interpretatus mîmeno, de eo*, ut rideant de eo, inquit, homines scilicet, vel, ut alii, pisces minores. Cum enim cibi gratiâ alios pisces vorare vult, profugiant versus litus, ubi vident arenam et profunditatem esse minorum, quò cum persequens pervenerit, illic aquæ copia destitutus hæret immobilis, et interdum capitur. Alii, ut Kiamî, ut ludat et saltet et rideat (balæna) in eo (mari), id est, ut cætera aquatilia contemnat, ut ea conculcet et devoret, sequè pro maris tyranno gerat, cujusmodi sexcentorum pedum longitudinis, et trecentorum sexaginta latitudinis flumen Arabia intrasse scribit Plinius, lib. 9 et 52, c. 1: vide Job et Isaiam. Quò etiam nostra pertinere possint per diæresim, *ad illudendum ei, mari*, id est, ad ludeandum in eo mari. Tertio ludere aliqui accipiunt, pro in spatioso et profundo mari sese movere et exercere. Nam si ad littora maris accedat, instar montis apparet, et si in vadosa incidat, consistere cogitur, neque movere se potest. Porro, etsi Leviathan sit balæna recentioribus, veteribus tamen Rabbinis piscis est ignotus, qui in suâ specie unicus existat; de qua mira R. Eliezer in Pirke, ut quod ei præda sint cuncti maris dracones et balæne, donec illam ipsi prædam excutiat Messias. Symbolum hæud dubiè satanæ cuncta ante Christum devorantis, cujusmodi animalia monstrifica tria condita docent in tractatu *Bechorot*, quod attingit Ezras, 4 lib., c. 6, et *incute* in volatilium genere, *behemoth* (quem tamen elephantum interpretantur recentiores), in terrestrium *leviathan*, in aquatilium, è quibus, ut narrat Elias in Tisbi, è majorum traditionibus Deum putant instructurum convivium justis in futuro seculo. Sed Aben Ezra, Genes. 6, 19, id docet esse *sod*, id est, arcanum et mysterium, nec accipiendum juxta auditum, id est, litteram. QUMIA A TE, à tuâ providentiâ. Epilogus Psalmi per epiphonemæ, de Dei providentiâ, cunctis animantibus, terrestribus, aquaticis, aeris, pro suâ cujusque naturâ, spiritum, v tam, victum largientis, ut sine ejus misericordiâ et largitate interire ea necesse sit. IN TEMPORE, opportunè, vel cum esurierint, vel quibusque temporibus, hieme, æstate et cæteris tempestatibus necessaria suppeditando (1).

VERS. 30.—DANTE TE ILLIS COLLIGENT, pastum. Cibum accipient, quem illis dederis, pro naturæ suæ convenientiâ. APERIENTE, si aperueris manum, si liberaliter dederis; notatur Dei largitas, quòd non parèd, sed abundanter tribuat. Ο δῶρηθ ἰάωω, inquit Homerus.

legamus, qui liber, ut recentissimè, secundo christiæ Ecclesiæ seculo prodit. (Caluelt.)

(1) AUFERES SPIRITUM EORUM. Sic Græci: at in Hebræo est, *spiritum tuum*. Omnis vita à Deo, Hebr. 12, 9. Eam ubi admittit, dicitur *eam ad se recipere*, Eccl. 12, 7, Job. 34, 14. (Grotius.)

BONTATE, bonis satiabuntur, fundente te copiam rerum omnium.

VERS. 31. — AVERTENTE TE TURBABUNTUR. Ubi curam et conservationem subdlexeris, ubi tuam manum subtraxeris, ubi desieris dare et curare, laborabis angustia et penuria. AUFERES, comprimes flatum, ne possint respirare. Alii, præ cibi defectu colliges ad te corum spiritum atque animam, et expirabunt. Nam spiritus et de flatu et de animâ.

VERS. 32. — EMITTES SPIRITUM TUUM, ET CREABUNTUR (1). De orbis per individuorum successione renovatione, vel potius de humani generis per resurrectionem restauratione. Aliqui etiam de innovatione terre nascentium, ut cum vere omnia revirescent, et terra novam faciem, quasi juventutis, induit. *SPRITUM TUUM*, Dei Spiritum opponit spiritui animalium. Hic mortalis est, et solo Dei nutu extinguitur; ille vivus et vivificans omnia, reddens animantia terris, acri, aquis, efficiens ut quotannis omnia reviviscant, quæ hieme perierant. Aliqui per Dei Spiritum, favorem et beneplacitum intelligunt: Cum tibi placuerit terram fecundare, tum creabuntur omnia vitæ comoda.

VERS. 33. — SIT GLORIA DOMINI, etc. (2). Dei gloria

(1) Id est, nascuntur. Sublimiori sensu ad resurrectionem hoc referunt etiam Hebræi. (Grotius.)

(2) Explicatis admirandis operibus Dei in cælo, in aere, in terrâ et in mari, concludit Psalmum oratione ac primum petit ut *sanctificetur nomen Domini*, quæ est etiam prima petitio in oratione Dominicâ. *Sit inquit, gloria Domini in seculum*, id est, semper laudetur Dominus, non solum voce, sed etiam vitâ et moribus servorum suorum. *LETABITUR DOMINUS IN OPERIBUS SUI*, id est, et inde fiet in Deus semper letetur in operibus suis, et non habeat occasionem dolendi et pœnitendi quod fecerit ea; dicitur enim Gen. 6: *Videns Deus malitiam hominum, luctus dolore cordis intussecus: Delebo, inquit, hominem quem creavi, à facie terræ, ab homine usque ad animalia, à reptili usque ad volucres cæli: pœnitet enim me fecisse eos; et qui-*

et majestas duret in perpetuum, semper celebretur. *LETABITUR*, se oblectabit in suo officio, sibi in eo placebit, gratulabitur de tam pulchro rerum suarum ornatu. *Videtur enim omnia, quæ fecit, esse valde bona*, Gen. 1, v. 31: atque ita ea conservabit in perpetuum. Posset intelligi deprecante, *letetur*, in rebus à se procreatis, neque ab eis offendatur.

VERS. 34. — QUI RESPICIT TERRAM ET FACIT. Qui aspectu suo, i. e., nutu solo, vel vulu iracundo terram concutit, et motu findit labefactaque, tanta est ejus potentia. *TANGIT, tonitru, fulmine, terre motu, hiatu, aliove modo ferit, et fumant, ut mons Sinai*, Exod. 19, v. 18, Vesuvius, Ætna, Pyrenæi olim, qui arserunt, flammis vonuerunt, grandem fumum in fornacis modum exhalantes terribili specie. Hæc de mirabilibus meteoris dicuntur.

VERS. 35. — CANTABO DOMINO, QUI BONA. Celebrabo eum ore et instrumentis musicis, quoad in vivis existit. Item mente et cordis viribus, q. d.: Omnibus modis quibus potero. Cantare ad os, psallere ad mentem, et musica organa.

VERS. 36. — JUCUNDUM SIT EI ELOQUIUM. Antithesis: *Mea oratio Domino placeat* (Hebraicè, *icherah*, dulcescat propriè). Peccatores autem, qui tanta beneficia Dei non considerant, neque ejus operibus delectantur, aut iniquè eis abutuntur, pereant.

VERS. 37. — DEFICIENT PECCATORES A TERRA, CONSUMANTUR. Imprecatur impiis, qui hæc divina beneficia providentiæque opera minimè agnoscunt.

dem in Deum neque dolor, neque pœnitentia, neque nova lætitia cadere potest; sed hæc dicuntur more humano, ad significandum Deum in penam peccatorum destrueret opera sua; quod faciunt ii quos pœnitet ea fecisse, et contra, fovere, et augere opera sua in præmium justorum, quod faciunt ii qui ea se fecisse lætantur. (Bellarminus.)

NOTES DU PSAUME. CIII.

H y a pour titre dans la Vulgate: *Ipsi David*, conformément au grec du Vatican. Celui de Complute et d'Alde porte: *Psaume de David sur la création du monde*. Comme le psaume traite ce sujet, on a probablement imaginé de fabriquer le titre en conséquence. L'hébreu n'a aucune épigraphe, et c'est à ce texte que nous nous en rapportons: car notre titre *ipsi David* est vraisemblablement aussi une addition faite après coup. Ce psaume, au reste, expose mag. i. i. que les ouvrages de la création. Le Prophète y paraît plein de vénération et de reconnaissance pour l'auteur de tant de merveilles. Je ne sais pas pourquoi deux ou trois commentateurs qui me tombent sous la main, disent que ce beau cantique ressemble au *Timée* de Platon. Cette comparaison est tout au moins indécente, puisque le *Timée* de Platon est l'ouvrage d'un païen, et que ce psaume est la pure parole de Dieu.

VERSET 1.

C'est le préambule du psaume, dont tous les détails sont employés à décrire les ouvrages de la puissance de Dieu. Le Prophète s'excite lui-même à bénir cet auteur suprême de tant de merveilles, et aussitôt il s'écrie: *O Seigneur mon Dieu, votre grandeur est immense; ou, vous êtes grand au-delà de ce que je puis dire*. Il y a cependant dans les expressions du texte et d's versions, un sens plus précis, et que nous ne pouvons guère

rendre dans notre langue; c'est que Dieu est *reconnu infiniment grand*, ou qu'il est *glorifié* d'une manière sublime. Le Prophète entend que les ouvrages de Dieu lui procurent une *grandeur* admirable. Cette grandeur est la gloire extérieure qui résulte du spectacle de cet univers.

RÉFLEXIONS.

Saint Augustin compare ce que dit ici le Prophète avec cette prière de l'oraison dominicale: *Que votre nom soit sanctifié*. De même que le culte de Dieu ne rend pas son nom plus saint en lui-même, ainsi l'admiration qu'on témoigne à la vue de ses ouvrages, n'ajoute rien à sa grandeur essentielle. C'est la créature qui remplit ses devoirs, en reconnaissant le dessein qu'a eu le Seigneur de manifester sa puissance, sa sagesse, sa bonté par la formation de cet univers. O Dieu, s'écrièrent les hommes à la vue des chefs-d'œuvre de l'Eternel! O Seigneur, que vous êtes grand! que vous êtes admirable dans tous les êtres sortis de vos mains! Cet aveu de la magnificence divine est accompagné du sentiment de notre bassesse, comparée à l'infini de Dieu. L'homme en lui-même est le plus beau des ouvrages qui parent ce monde visible; mais en s'élevant à l'ieu, il comprend qu'il n'y a nulle proportion entre ce qu'il est et celui de qui il tient son existence. Quand l'observateur de la nature se borne à en rechercher les secrets, à en découvrir les variétés et

les rapports, sans tourner son admiration vers l'auteur de toutes choses, sans s'abaisser en sa présence, il ne rend aucune gloire à Dieu, il satisfait sa curiosité, il nourrit son orgueil. Il est hors de la voie que Dieu lui a tracée; il est comme un vase inutile dans la maison du père de famille. L'Apôtre disait: *Où est le curieux d-s choses de ce siècle? Dieu n'a-t-il pas traité de folie la sagesse de ce monde?* Quand Jésus-Christ est paru sur la terre, il y avait des esprits curieux d'être-voir les globes célestes, les diverses productions de la terre et de la mer, les opérations des animaux, les facultés intérieures et extérieures de l'homme. Mais nul de ces prétendus savants ne s'occupait des grandeurs de Dieu, personne ne faisait servir ses connaissances à louer et bénir l'auteur de ces merveilles; qui a fait Jésus-Christ, la sagesse incréée? Il a établi un ordre de science tout différent. Il n'a parlé ni d'astronomie ni de physique; il a établi la doctrine de la croix, il l'a annoncée en mourant sur ce bois si abhorré des hommes; il a chargé ses disciples de l'enseigner que cette vérité crucifiée, de ne recommander que l'étude de ce mystère sanglant, au lieu de la fautive sagesse des philosophes; il a voulu que la *folie de l'Evangile* frût tous nos doctes, et fût l'objet unique de nos recherches. Le spectacle de l'univers n'a pas cessé de nous remplir d'admiration; il nous est encore permis de remarquer les traits de la grandeur de Dieu; mais la vue du Calvaire élève encore plus nos esprits, et touche infiniment plus nos cœurs. Les saints peuvent s'ébahir, s'est permis de parler ainsi, en contemplant cet univers; ne s'ils ne s'achèvent qu'en étudiant la croix de Jésus-Christ.

VERSET 2.

